Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXV
B
8
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

I. N. J.

CHYMIA EXPERIMENTALIS CURIOSA,

Ex Principiis Mathematicis demonſtrata;

in quâ

EX TRIPLICI REGNO,

Remedia generoſiora à Neotericis & aliis hactenus inventa, fideliter exhibentur:

Adjunctis

Singulariorum Remediorum Formulis, adverſus omnes tam internos quam externos corporis affectus.

Auctore & Collectore

JOHANNE HELFRICO JÜNCKEN,

Sereniſſ. Ducis Chriſtiani de Birckenfeld olim Medico Aulico, poſtea apud Weiblingenſes Würtenbergenſium Phyſico, jam Francofurtenſi Practico.

FRANCOFURTI.

Apud HERMANNUM à SANDE.

Typis JOANNIS ANDREÆ.

ANNO M DC LXXXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO
CELSISSIMOque
PRINCIPI ac
DOMINO,
DOMINO
CAROLO I.

Haſſiæ Landgravio, Principi Herſfeldiæ, Comiti Cattimeliboci, Deciæ, Ziegenhainæ, Niddæ, &c. Schaumburgi, &c.

Principi ac Domino meo
Clementiſſimo.

Sere-

Sereniſſime Princeps, Clementiſſime Domine.

PRimitias Deo ſacras, poſt Judæos, ſapientiſſimi etiam Gentiles crediderunt: His quippe debitam gratitudinem, devotionem ac humilitatem illis offerri, & exhiberi, non male arbitrabantur. Manet hodieque inter Chriſtianos ea, non ſine ratione, recepta conſuetudo, quâ noſtris etiam Diis Tutelaribus primitias noſtras, veluti gratitudinis ac ſubmiſſæ devotionis teſſeras, piè conſecramus. Non alienus ſum ab eo more Sereniſſ. Princeps, & dum Chymicas meorum ſtudiorum primitias in lucem emitto, non potui eas ulli alii devovere, quam Sereniſſimo Nomini Tuo, ſub cujus Auſpiciis, & in cujus fun-

fundo eas olim plantatas & natas grato animo recordor. Quicquid poſſident boni ſubditi, illud omne, jure meritoque, piis Principibus, veluti Diis Tutelaribus cœlitus conceſſis, in gratam feliciſſimi Regiminis memoriam humili devotione adſcribunt: Unde nec debui has experimentales rerum Chymicarũ operationes ulli alii conſecrare, quam Serenitati Tuæ, quæ ſicuti Deum T. O. M. ſic etiam admiranda illius Architecti documenta ac ſpecimina in natura pie veneratur. Fecerunt hoc omni ævo pii Reges & Principes, qui ſtupendas rerum naturalium præparationes, in iisque optimi Conditoris ſapientiam ac potentiam, inde veluti ad oculum coram apparentem, obſtupuêre.

Ex eorum etiam numero olim fuerunt Avi Tui Sereniſſime Princeps, qui vacuum, à publicis negotiis & curis regnandi, otium nulli rei honeſti-

us impendi poſſe crediderunt, quam admirandis hiſce ſpeculationibus, & rerum naturalium operoſæ analyſi; ex qua non ſolum pulcherrimæ & ſalutares obſervationes, ſed præprimis etiam ſupremi Numinis ſtupenda in hoc orbe œconomia illuſtribus documentis clariſſime eluceſcit.

Nec alienus es ab inſtituto Majorum Tuorum Sereniſſ. Princeps, quorum ſicuti veſtigiis laudatiſſimo ad memoriam poſteritatis exemplo glorioſe inſiſtis, ſic etiam amœniſſimi hujus Studii voluptatem Viris Principibus dignam non omnino tibi rejiciendam eſſe arbitraris.

Hæ cauſæ ſunt, cur Tibi, Sereniſſime Princeps, Clementiſſime Domine, hanc Chymiam experimentalem, veluti Studiorum meorum primitias, ad conteſtandam humillimam meam obſervantiam conſecrare ac dedicare auſus fuerim.

Nul-

Nullus mihi alius ſcopus eſt, Sereniſſime Princeps niſi ut Tibi & Patriæ humillima mea obſequia, ea qua par eſt ſubjectione, ſuppliciter velim conteſtari. Hâc lege naſcitur bonus ſubditus, ut Deo præcipue deinde ejus Vicario juſtiſſimo, & clementiſſimo Principi venerabundus aſſurgat.

Bona ingenia non rarò latent in obſcuro, quæ favore Magnorum Principum ſæpe emergunt, & utilem interdum operam præſtant afflictis. Hoc unum humillima devotione rogo atque obteſtor, ut hoc meum exiguum, magnæ tamen obſervantiæ monumentum, benignâ fronte accipere, & Tibi meas Muſas commendatas eſſe patiaris.

Principibus placuiſſe Viris non ultima laus eſt.

Deus Te Sereniſſime Princeps, ſalvum & incolumem diutiſſime ſoſpitet, & actiones Tuas ac Conſilia om-

nia ita regat ac dirigat, ut cum ampliſſimo Familiæ Sereniſſimæ incremento proſperrimos ſemper ſortiantur ſucceſſus. Quod ſicut ardentibus ſuſpiriis ex animo opto, ſic me, & paratiſſima mea ſervitia Serenitati Tuæ humillime conſecro; manſurus

Serenitatis Tuæ

Dabam Francofurti
1680.

Humillimus

ſubjectiſſimus

Servus

Johann Helffricus Jüncken,
ML. Marpurgo Haſſus.

Can.

Candide ac benevole Lector.

CHymiam præſtantiſsimam ac præcipuam fere Medicinæ partem eſse, ac indivulso nexu illi conjungendam, omnes mecum quibus

de meliore luto finxit præcordia Titan,

absque omni contradictionis ſtudio tatitè agnoſcunt. Sed idem Fatum quod nobiliſſimas & pretioſiſſimas res premit, hoc etiam divinam Chymiam tàm ſpiſsâ caligine involvit, ut haud ſecus ac Pallas Minerva apud Homerum, ſub densâ nube deliteſcat, & non niſi ab iis quos benignior Iupiter amavit, videatur. Sicut metalla quæ tanto deſiderio mortalium expetit avaritia, & ſacra fames, in ſecretiſſimis terræ viſceribus occultantur, & non niſi ſummo labore ac ſtudio eruuntur; ita pariter Chymia, quæ perfectiſſimam ex omnibus rebus quaſi vim & eſſentiam extrahit, tantis tenebris premitur, & tanta curâ ac ſolicitudine ex penitiſſimis rerum naturalium inteſtinis eruenda eſt, ut continua laboris magnitudo huic ſtudio nocte dieq; impendenda, pleroſq; Medicinæ Candidatos abſterreat, aliis quidem, qui in eo negotio nobiliores progreſſus & illuſtria ſpecimina fecerunt, myſteria artis ſuæ plus quam ſilentio Pythagorico ex invidia poſteritatis penitus occultantibus; aliis autem qui liberaliores & generoſiores videri volunt, ſecretiora Chymiæ ſuæ documenta

tam

tam obſcuris nominibus, & veluti ænigmaſi involventibus, ut ad ea explanatius intelligenda nõ Oedipo, ſed divina prorſus animi ſagacitate, quæ in hominem non cadit, opus eſſe videatur. Hinc multi quidem hactenus optarunt caſtiſſimam illam Penelopen remoto velo nudam complecti & exoſculari, ſed illa eliſis ac eluſis procorum ſuorum deſideriis, ſoli ac uni ſuo Vlyſſi ſubſternitur. Loquar preſſius: dudum optarunt curioſi rerum naturalium æſtimatores, ut Chymia, diſcuſsâ quâ latebat nube, nativa ſua pulchritudine conſpicua prodiret in lucem, & ſe nudam ac apertam cupidis amplexantium ulnis ultro ingereret, ſed illa, veluti altera Daphne, inſequentium amores averſata, in ſolitudines, & montiũ latebras ſe ſubducit, & ſolis illis, qui cum Vlyſſe Homerico exhauſtis plurimorum annorum laboribus

Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum

jactantur, ſui corporis copiam facit, illisq; ſecretiſſima naturæ ſuæ penetralia manifeſtat. Eò jam ventum eſt Nobiliſſimi rerum Chymicarũ æſtimatores, hoc noſtro ſeculo, ut debeamus ipſi cum Iaſone periculoſam ſæpe navigationem verſus Colchos inſtituere, ut aureo vellere, id eſt, pretioſiſſimis naturæ intimioris ſecretis, ſuperato feliciter ignivomo Dracone, ac moleſtiis omnibus plus quam herculea patientia exhauſtis, cum laude & gloria potiamur. In quem finem, cum nullus extaret Autor publicè, qui meo deſiderio ſatisfaceret, & quaſi nucleum nobiliſſimorum ac certiſſimorum Experimentorum brevi compendio traderet, eò neceſſitatis me adactum

ctum ſenſi, ut propria ingenii vires mihi excutiendæ, ac manus ipſi operi admovendæ eſſent. Quod dum ago, & diurnis nocturnisq; laboribus huic negotio non infeliciter incumbo, Chymiam quandam experimentalem meis uſibus privatis, eamq; propria experientia adornavi, ut haberem certa & ſolida documenta, quibus & fiderem, & quibus ceu fundamentis ampliorem rerum Chymicarum cognitionem, veluti futuræ felicitatis humanæ Palatium, ſuperſtruerem. Sed quem uſum habent gemmæ & adamantes intra penitiſſima telluris viſcera reconditi? Cui commodo ſerviunt pretioſiſſima metalla ſub inteſtinis magnæ matris, veluti Cimmeriis tenebris deliteſcentia? Quem fructum ferent nobiliſſima rerũ Chymicarum arcana, niſi literato orbi, & proximo, cujus ſaluti promovendæ omnes præprimis naſcimur, innoteſcant, & in cerebro tantum moroſi alicujus & μισανθρώπου Timonis, veluti fœtus immaturus in utero prægnantis fœminæ, in lucem nunquam proditurus, ingloriè deliteſcant? Alia mihi mens eſt, benevole Lector, ea Experimenta, quæ mihi ipſi in meos uſus congeſſi, nec aliis invideo, ſed libens, lubensq; ad ſalutem Reipublicæ Chymicæ promovendam poſteritati communico, quæ, ut ſpero, mihi aliqualem ſaltem referet gratiam, quod me indice, ea quæ hactenus apud curioſos rerum Chymicarum ſcrutatores curioſè tecta & occultata, tandem aliquando lucem publicam adſpiciant, & veluti Plutus apud Ariſtophanem, ruptis feliciter, quibus tenebatur clauſtris, liberaliori manu excipiantur, & tractentur.

tur. Paucis do tibi multa, benigne Lector, & veluti in parvo compendio fœcundiſſima rerum nobiliſſimarum inventa ad oculum demonſtro. Et quamvis forte non omnibus æquè mei conatus arriſuri ſint, illud tamen pro ea, qua ſum animi manſuetudine, parum curo. Idem Fatum, quod magnos Reges, illud etiam Chymicorũ filios manet. Regium eſt benefacere & male audire. Et magni pectoris argumentum eſſe arbitror, Momo etiam ringente, à virtutis tramite quem ſemel cœpiſti, ne latum unguem deflectere. Meus ſcopus eſt de bono publico bene mereri, indigentiam proximi ſublevare, & ſtimulum addere hodiernis Medicinæ Studioſis, ut nobiliſſimam hanc artem impenſius colant, *& herculeis medicamentis, iisq; nobilioribus, herculeos etiam morbos promptius profligare diſcant*, ne, quod dolendum, tam Artis Medicæ, quam ipſorum Medicorum authoritas, totalem patiatur eclipſin. Eò enim jam ventum eſt in pluribus Germaniæ ſuperioris civitatibus, ut Pharmacopœis, Chirurgis, Empiricis, imò ipſis Carnificibus ac vetulis edentulis, plus fidei promiſcue habeatur, quam Medico cordato, & rerum ſuarum optimè perito, qui naturam integram ſcrutatus, per multa & varia experimenta ſibi ſolidam ſcientiam nocturnis diurnisq; vigiliis comparavit. *Huc enim rem hodie veniſſe cernimus, quod* nonnulli Chirurgi, *interdum* ſæpè naſuti, *ſibi majorem tribuant in curandis etiam morbis internis notitiam, quam Medici ipſi, multiplici annorum experientia*

tia ſuffulti. Sed quo eventu id ſæpè fiat, ſubſecuta ægrotantium pernicies ex medicamentis à Chirurgis ſiniſtre & imperite applicatis clariſſimè evincit. Videmus quotidie quod in reſtinguendis inflammationibus etiam ſimplicioribus, illi etiam qui ſibi videntur habere naſum Rhinocerotis, adeò inſulſi ſint, ut ex parvo ejusmodi malo ſub ipſis principiis imperite tractato complura graviora incommoda, puto gangrænam, ipſamq; deniq; mortem decumbentibus inferant, cujus rei exempla ipſe αὐτόπτης non ſemel nec ſine indignatione obſervavi. Sed non mirum eſt, quia nobiliſſimam eam artem haud ſecus ac artem mechanicam, non habita vel ægrotantium vel aliarum circumſtantiarum ratione, ubiq; imperite & eodem malo applicare conſueverunt, magiſtrorum ſuorum, qui eadem interdum cœcitate afficiuntur, ductum ſine ulteriori inquiſitione unicè ſecuti. Qua itaq; arrogantia ſibi in nonnullis locis Principis titulum adſumſerint? revera me latet. Si Achillem, ſi Chirona, ſi Melampum, Podalirium, & Machaona, ac illorum in Chirurgia peritiam objicere nobis vellent, ſciant quæſo quod enumerati ex fundamento Chirurgiam intellexerint: quod an de Chirurgis vulgo hodie ſic dictis ſemper dici

poſſit? dubito, hinc illis non raro carnifices, opiliones in medendo præferuntur, ideò nil minus ſunt quam Principes, & illorum principatus eſt in Utopia; vel Morpionopoli! ut graphicè de illis Ammannus, & in illos ex juſta indignatione, in ſua ad diſcentes parænesi p. m. 340. invehitur.

Hujus autem rei unicum adhuc ſupereſſe remedium arbitror, ſi Naturæ Filii ipſum Hippocratem, alioſq; generoſiores Medicos imitati, præſtantiora ſua Chymicæ artis ſpecimina faciant ipſi, & externis operationibus gravioribus propriam admoveant manum, ſic enim futuram eſſe nemo non videt, ut ſaluti proximi, ejuſq; commodis multò ſecurius, & meliori cum conſcientia inſervituri ſint, quam ſi morbo afflictum, adhibita male aliquando, & præter ſuam ſpem elaboratorum medicamentorum farragine, de quorum nec præparatione, nec effectu, nec bonitate quicquam ipſis ſatis evidenter conſtat, magis afflictum ac perturbatum reddant. Vnde enim de infallibili & ſalutari medicamenti effectu certus eſſe poteris, & legitimâ ejus præparatione, & conſequenter bonitate inde redundante te latente? Oportet ut lubricæ aliorum fidei & opinionibus incertis fidem adſcribas, quod quam periculoſum ſit Medico, & quantum ipſis ægris adferat detrimentum, me etiam tacente nemo eſt qui non agnoſcat. Qui facile credit,

credit, facile decipitur; non minus tritum quam verum eſt & indubitatum Proverbium, præprimis Medico, cui ægroti ſalus committitur, obſervandum.

Deſiſte igitur ô turba Medicorum ſimilis eſſe ancillæ Senecæ, quæ cæca reddita, de ſua tamen cæcitate perſuaderi nòn poterat. Aperi oculos, & ſapere tandem aliquando diſcas, ut tibi honorem & laudem, proximo autem uberiorem fructum & ſolatium comparare & adferre poſſis. Præterea ars Medica eſt res ardua, intricata & non raro Stochastica, adeoque incertitudini ſæpius ſubjecta, cum Deus T. O. M. ſupremus omnium Iudex, judicium hoc magnum de vita & morte ſibi ſoli reſervaverit, & Medicina nil aliud ſit, quam inſtrumentum ad ſanitatem tunc demum recuperandum, quando homo legitimam præſtitit obedientiam, & Medicum propter neceſſitatem debite honoravit. Perinde enim eſſe arbitror ſupremo illi Iudici, num homo ſanus vel æger dictatum finem, & extremam moriendi neceſſitatem velit expectare. Sunt qui decē, viginti, imo triginta annos lecto ſuo affixi decumbunt, nec dubium eſt, ſi ſummum Archiatrum ardentibus precibus invocaſſent, ejusque mandato ſe obedientes præbuiſſent, illos generoſioribus, & cum ratione adhibitis medicamentis reſtitutos indictum à Deo finem præſtolari potuiſſe. Vt autem legitimè cum ratione & judicio medicamenta poſſint adhiberi, requiritur in Medico ſufficiens & multiplex experientia ſolidis fundamentis innixa, imo lyncei oculi, iique præcipue tres: Vnus, quo perſpiciat & deprehendat morborum ac

ſymptomatum cauſas intimas, easque ſæpe latentes. Alter, quo nobiliora remedia ſecundum certas circumſtantias debite applicanda excutiat. Tertius quo Chirurgorum etiam operationes in partes interdum vocatus dextre metiatur. Vt vero tres illi oculi ſuo munere recte defungantur, & nullo objecto glaucomate inficiantur, ſumma profecto requirit neceſſitas, ut ipſi Medici tam in operationibus chirurgicis, quam pharmaceuticis ac chymicis manum admoveāt ipſi, ſine qua revera nec ſibi nec aliis eorum ope indigentibus apte & ſufficienter conſulere unquam poterunt. Quomodo enim Medicus in modo operandi informabit Chirurgum, quomodo Pharmacopœum in conficiendis & præparandis nobilioribus remediis, ſi ipſe harum rerum rudis & ignarus manum nunquam adhibuit ipſe? Crede mihi magnum eſt diſcrimen ex libro ſapere, aut ex propria experientia prævia manuum operatione aliquid certo cognoviſſe. Vt brevis ſim, immotæ veritatis illud vulgare eſſe arbitror, Vis unita fortior; nullis arietibus unquam labefactandum. Quis enim ſanæ mentis negaverit eum, qui tres partes experimentaliter ſibi probe cognitas habet, plus præſtare poſſe eo, qui tantum unius pauperis agelli Dominus & cuſtos eſt?

Agedum itaque, capite animos, laborate more Hippocratis, qui ſimul Medicum, Pharmacopœum, & Chirurgum agere non dubitavit, his artibus ſibi eleganter ſubordinato & indivulſo nexu cohærentibus.

Non permittite ut alii premium veſtro honori

ac

virtuti unice debitum, mutato rerum ordine con-
uantur, *&* *vobis inglorius ſine laude ſeneſcen-*
m ſit: ſic enim vos modo rerum Domini mox ſer-
eritis, &, ut eſt apud Homerum Medicinæ

κακ' ἐλέγχε' ἀχαιίδες, ἐκ ἔτ' ἀχαιοὶ.

r ſervi viciſſim Domini, *ut quodam in Saturna-*
bus, veſtris jugulis ſuperbe imperitabunt; *niſi*
empeſtive huic temeritati latius cum tempore graſ-
ſaturæ obicem ponere volueritis. Multi Pharma-
opæi (moderatiores excipio :) *eò inſolentiæ*
roceſſerunt, *ut penitus immemores*, *qui ſint*,
& qui fuerint ſuæ ſcientiæ authores, *defendere*
plane non erubeſcant, ſibi ſolis licitum eſſe qualibet
Medicamenta, nulla habita doctiorum Medicorum
ratione, promiſcue præparare. Verum ego hoc extra
omnem dubitationis aleam pono, nullum omnino
Medicum bonâ cum conſcientia medicamen-
tum aliquod chymicum tutò ordinare ac præ-
ſcribere poſſe, quod ipſe non elaboraverit, nec
cujus præparationi interfuerit ipſe, & propri-
am admoverit manum: *adeo enim variant paßim*
medicamentorum diverſæ præparationes, ut vix
credas, *aliis alio modo & methodo prout diverſa*
ſunt hominum ingenia & ſenſus, *in rebus chymicis*
procedentibus, variantibus etiam quotidie ipſis ma-
terialibus, *ex quibus Medicamina deſperatis ſæpe*
morborum generibus adhibenda, *confici conſueve-*
runt.

Hoc etiam addo, quod medicamentum de novo ela-

boratum, utplurimum variare ſoleat non ſolum, ut dixi, ratione materialium, ſed ipſius etiam elaborationis, in qua magnam ſæpe Autorum diſcrepantiam invenies: & hoc in negotio multos experientiſſimos Chymicos mihi adſtipulaturos eſſe confido.

Hoc quoque ſubodoratum eſſe magnum illum Helmontium, Paracelſum, Sylvium, D. Michaelem, Rolfincium, Wedelium, aliosque Medicos cordatos & pios, facile poſſum induci ut credam, quia medicamenta ſua generoſiora, quibus graviſſimos & deſperatos morbos profligarunt, elaborarunt ipſi, ut illis eo tutius & ſecurius ad ſalutem ægrotorum uterentur. *Quibus profecto hoc vitio verti non poteſt, cum quilibet ex lege Naturæ ſibi ipſi ſit proximus,* & plus Medico ipſi ſitum ſit in ſalute ſuorum ægrotorum, quam Pharmacopœo, *ſæpe imperito & rerum ignaro.*

Quoniam igitur ingens in his rebus eſt momentum, & magna diverſitas in conficiendis medicamentis chymicis ubique deprehenditur, nec ſemper, ſicut deſcripta extant elaborantur, quod ipſe cum meo damno non ſemel expertus ſum, optimis etiam præparationibus vel ſtudio occultatis, vel obſcure deſcriptis; ecce in ſalutem Reipublicæ chymicæ Tibi benevole Lector communico experimenta nobiliora, ex multis recentioribus & aliis Autoribus collecta, quæ ipſe & alii per experientiam vera eſſe deprehendimus.

Si

*Si autem forte ut errare humanum eſt, in-
explicandis principiis hæſitavero, facile mihi ve-
niam ab humanitate tua benigne Lector polliceor, nec
mihi vitio vertes, quod interdum diverſus ſim ab
aliorum Medicorum opinionibus: nam ſicut illis li-
berum relinquo judicandi de rebus medicis judici-
um, ita illi pariter, ut ſpero, mihi eandem non
denegabunt, quam ipſi habent ſentiendi ac ar-
gumentandi libertatem. In Republica libera, li-
beræ linguæ, liberæ mentes, nos veluti Pyg-
mæi Antiquitatis humeris inſiſtimus, ac proinde
mirum videri non debet, quod Veterum ſcientia
ſuffulti, interdum plura videamus, quam ipſi ſuo ſe-
culo, ex multiplici organorum defectu videre
potuerunt. Veritati primas deferri volui, meumque
benevolum affectum meâ operâ uſuris ſaltem con-
teſtari. Invito utique nil obtruditur. Hoc u-
num rogo, ut tenue hoc munuſculum, quod of-
fero, eo animo & tam hilari fronte excipiatur, quâ
dedi. Nec vitio mihi verti velim, quod in re-
bus chymicis explicandis & tractandis populari ac
vulgari admodum dicendi genere uti voluerim;
hoc requirit ipſius Chymiæ genius, quem nudo
& ſimplici ſtylo potius adumbrare, quam involu-
ta & obſcura verborum nube occultare allabora-
vi. Hinc non mirum eſt, quod potius intentus ipſis
rebus quam verbis, vernaculam etiam linguam
interdum ad exprimendum commodius ſenſum in-
terſpergere voluerim.*

Si Chymiæ amatoribus placere ſenſero meos

exigu-

exiguos conatus , inpoſterum alia adhuc nobiliora experimenta, quæ hactenus mihi ſoli meisque uſibus privatis reſervo , me communicaturum, & ſimul ea quæ brevi levique calamo jam perſtrinxi, mox fuſius & clarius expoſiturum promitto. Vale benevole Lector.

— — et ſi quid noviſti rectius illis
Candidus imperti, ſi non, his utere mecum.

SECTIO

SECTIO I.

Continet artis hujus fundamenta ac requiſita, & quidem

CAPUT I.

Ejusdem Principia Univerſalia & particularia, intrinſecè & extrinſecè in creatis conſideranda.

CUm omne finitum ſit imperfectum, requies intellectus non conſiſtit niſi in infiniti cognitione, quod eſt ſimplex, ex quo gaudium ipſi eſt perfectum.

Et quia opificium monſtrat opificem, utique & *hoc univerſum fuit*

cauſa omnis ſcientiæ, illud vero non niſi in indumento conſideramus: Manus enim Domini omnia formaverunt & ſuſtinent, ut ſibi ipſi ſe monſtrarent.

Sic concipimus numerum ex ſuis partibus.

Pondus ex ſua profunditate & ſummitate.

Menſuram vero ex extenſione determinata.

Et iſto ſtupescimus concordiam ſuperioris & inferioris, ſpiritus & corporis, finiti & infiniti.

Non enim eſt extremitas ſine medio, nec utrumque ſine partibus, & ex hoc apparet Mundum eſſe corporeum, absque hoc enim partes nequeunt uniri.

Omnes vero partes numero denario colliguntur, quibus perfectio & unitas menſuratur.

Ideoque principia ex quibus compoſitum prodit ſunt duo *FORMA* & *MATERIA.*

Forma vel *INTRINSECA* vel *EXTRINSECA.*

INTRINSECAM FORMAM conſtituunt particulæ illæ divinitus inditæ, ſive ſemina ſpecifica impreſſa divino verbo Fiat, & in actum deducta per generale illud mandatum divinum, Creſcite & Multiplicamini. Quod enim quodvis corpus creatum ſuam propriam habeat facultatem. v. g. quod opium ſit ſomniferum, meliſſa vel crocus cordialis, Ialappa ſeroſum, Rhabarbara vero bilioſum purget humorem, &c. quodque omne creatum ex triplici regno ſibi ſimile producat propria ſua & ſingulari textura & figura præditum corpus, ad hoc requiritur ſemen quoddam ſpecificum proprium cuivis, noſtrum

rum exſuperans intellectum, nec naturaliter explicabile. Particulas enim corporeas etſi millies mille variatas, magnam hancce differentiam producere haud poſſe ex hoc patet, quod omnia in rerum natura concreta in pauca ultimo redigantur reſidua, aliis Principia vocata. v.g. ⊖. ♀. ☿. Aq. terr. *hæc vero omnia ultimo in aquam unicam; cum tamen millia multa & varia creata diverſis operationibus prædicta ſe nobis offerant; quæ tamen omnia, etſi diverſæ texturæ & figuræ; cum diverſis ſuis operationibus ex quinque his dictis principiis oriri minime credibile.*

EXTRINSECA FORMA conſtat ex particulis variè figuratis & variatis, Lucis & Tenebrarum, hoc eſt, Spiritus & Salis; ſive Acidi & Alcali omnium concretorum cauſa efficiente, motore, & Rectore; Principio & extremo per aquam combinatis & ſibi unitis.

Et hæc Forma ſcil. & Materia Denarii Numeri ſubjectum conſtituunt.

Omnis tamen Eſſentia quæ mediantibus his ab eſſe univerſali prodit, conſiſtit in unitate.

Senſibilitas ex quatuor elementorum qualitatibus dignoſcitur, quæ ſunt elementa & quantitas ipſorum.

Illorum autem vita dependet à forma; progreſſus vero à virtute ſpecifica divinitus indita, ſeu motu innato. Tempus vero ab inviolabili & conſtante revolutione naturali: hæc vero ex ſoluta redit in ſua Principia quia fuit finitum.

Principia vero ſuam unitatem ſubeunt, hanc ob rem Univerſalia vocantur; Imo lapis Sisyphi.

Veluti enim punctum multiplicatum producunt lineam, & iſta utroque extremo ſibi unita circulum & quod inſequitur.

Ex Linea vero ſuperficies, profunditas & ſummitas ſcaturit, quæ tria ſunt indiviſibilia, quibus ſi adjeceris centrum, producitur Triangulum, ſeu tres lineæ æquidiſtantes.

Iſtæ autem Figuræ non patent niſi ratione accidentis externi.

Iſta unitas ſi extrorſum protendatur, ſe multiplicat aſſumtâ in ſocietatem paritate & imparitate.

Primo eſt Unitas & Binitas, iſta combinata parturiunt quaternionem.

Secundo eſt Trinitas, quinitatis nutrix, iſta ſi combinabis videbis Denarium.

Omnis enim rei Principium huic Denario innititur numero, ſcilicet, Pari & Impari, pariter impari, & impariter pari.

Trinum & prima imparitas prodit Eſſentiam cujusque rei, quinta & ultima Imparitas, quid per iſtorum combinationem, & unionem generatum ſit oſtendit in ſuo individuo corpore, quod dicitur Exiſtentia.

Cubus producitur à puncto indiviſibili, per extenſionem ſui ipſius ut ſe ipſum extendat, & diviſibilem reddat in longum & latum, ſcilicet ut Lineam & ſuperficiem, & per reiteratam com-

mbinationem ſenſibilem; ſed limitatur per ſuã
:am extenſionem, profunditatem & exiſtenm, quæ nunquam pereunt niſi in ſuum Principium ſubgreſſa.

Sic punctum ſemper exiſtit interius, & creit verſus exterius, per lineas diagonales, aut anſverſas interiores, quæ externæ ſunt & perendiculares quædam, quædam non, veluti exemum quid ſui motus.

Et hoc Interius & Extremum monſtrat aſcenim eſſe lentum, ſed deſcenſum ſubitum, & eo nagis, quo magis à ſuo centro recedit corpus. Iſte Cubus qui ex unitate procedit imitatur cirulum in immenſitate, verum tantum ipſum ngulis tangit, quia medius eſt inter immenſum & ſimplex, & quo magis ab iſto recedit, eo immenſior & major evadit, perpetuo tamen conſiſtit inter limites inconſtantiæ, hoc eſt, quadratum & finitum in ſua quantitate, ſcil. magnitudine & parvitate has tamen inſequitur propenſa unio, quò apte redeant ad punctum, idque ſubeant ex quo iverant.

Ita videmus progreſſum naturâ, ab initio videlicet per medium, ad extremum circuli.

Corpus ſuam originem etiam debet Unitati creatæ, per diſtinctionem tamen naturalem in plus & minus, vel ſecundum ſcil. rarum & compactum & alia accidentia ſenſibilia, ideoque etiam ſe iterum reſolvit in ſuam unitatem, quoniam enim hujus gratia ſenſibile factum fuit, mul-

tiplicat ſe extrorſum per ſeipſum,ſeque iterum deſtruit,cum id quod fuit deſinit eſſe.

Iſta vero Unitas quamvis ſit creata & finita, difficile tamen dignoſcitur ob nimiam ſimplicitatem,cujus gratia in ſe tota eſt absque extrema differentia,quoad totum & partes.

Ut vero ſenſilis evadat,per gradus tendit à ſimplici ad compoſitum corpus.

Cum vero ſimplex iſta & indiviſibilis Unitas à ſe ipſa non haberet corpus nec tale valeret producere,neceſſario adjiciebatur Aqua,quæ ob fluiditatem & flexibilitatem minimarum particularum varie figuratarum,& ob pororum hinc differentiam facile extendi & contrahi,ideoque ab unitate iſta ſimplici millies & variè figurari poſſet.

Sed cum ex his compoſitum corpus parum virtutis à ſe ipſo valuerit obtinere,additum fuit à Deo ſemen ſpecificum creatum, quod in homine eſt Anima Rationalis , hæc pari modo ſe habet ad punctum, quoad numerum parem, ſcil. deſignatur per circulũ,qui continet quadratum, & ex hoc novimus majorem ejus quam corporis perfectionem,ea enim habet effectum ſolum in poteſtate,ſed quia debilis evadit ob conjunctionem cum corpore,utrumque jam interius & exterius opus habent robore ab ultima ſubſtantia, tamen creata , quæ ſunt ſpiritus & Sal, ſive Acidum & Alcali mediante humido conjuncta.

Hæc largiuntur vires & Virtutes,unde nomen

ipſis

ſis Intelligentia, ſeu interior alligatio ſub ſecundo circulo primum continente, hoc inter creata nihil perfectius eſt & dicitur Homo.

Reliqua mixta etſi vi ſeminis ſpecifici produ- cant talem perfectionem, tamen actionis neceſſariæ eſt pro ſpe generationis & conſervationis ſui individui.

Unitis ideoque Principiis prodit Eſſentia, germen & ſeminium omnium quæcunque Corpus habent, ſeu inferius ſeu ſuperius, & notatur triangulo. Si vero induta fuerit ſua quantitate, qualitate exteriore omnino excluſa, evadit Exiſtentia ſeu ſenſibilitas accidentium, quam notat quadratum, profunditas determinata compoſiti.

Hæc vivit, movetur ſpiritu & Anima & Intelligentia.

Ex his duabus Exiſtentia & Eſſentia unita habes formam ſpecificam.

Subſtantia vero Spiritualis ultimum quid eſt.

Omne jam Axioma eſt vel de Eſſe, vel de Non-Eſſe.

Eſſe vel creatum eſt vel increatum.

Creatum eſſe, eſt fluxus à non Eſſe ad Eſſe, per increatum tendens ad ſimplicem motum vel ſenſibilitatem, hoc eſt, vel ſpiritualem vel corporalem, & ex his vel ſurſum vel deorſum.

Primum haud laſſatur.

Alterum requiem amat.

Primum etiam non impeditum ſemper durat.

Alterum vero accidentibus gravatum cum ipſis aliquandiu disgregatur.

Primum comitatur Eſſentia vel ſimplicitas Infiniti.

Secundum vero Exiſtentia & ſenſibilitas.

Primum habet extenſionem totius in toto.

Secundum vero ſolùm per ſucceſſionem ſuarum partium.

Primum ſibi ipſi in ſeipſo apparuit absque diſtinctione.

Secundum vero per gradualem additionem accidentium.

Primum omnia facit & operatur absque ſenſuum organo, atque quodvis connovit nec niſi ſibi placet.

Contrarium huic eſt alterum quod ſenſibile eſt, ſecus quam primum, quod non apparet niſi ductoris voluntate.

Et hoc modo Increatum dicitur ac demonſtratur per non Eſſe ad Eſſe non naturâ ſua, ſed ſolum per ſuam creaturam & gradus corporeos vel ſpirituales.

Ut autem Deus ipſe cognoſceretur, effecit quendam motum, qui tamen cum non ſufficeret ab eodem adjicitur ſubſtantia Angelica, quæ omnes es intelligit & ſic Authorem connotat: Unde homo unitus cum Angelo novit ſenſibiliter Deum, & cum Angelus propius ſit infinito, nihil habet de corpore.

Anima non agit niſi per ſenſus & reliqua organa

ganacorporis, ideo quoque corpus ſequitur, quo ſi exſolvitur, ferè ſe Angelis confert.

Sed quoniam ad Principia planatius explicanda Terminis opus, neceſſe eſt, ut eos paucis abſolvamus.

Principia vero ſunt partes Contrariantes, conſtituentes compoſitum ſive Corpus.

Sunt vero Principia ut dictum duo, Forma & Materia, Ignis nimirum & Aqua.

Ignis continet Spiritum & Sal, univerſalia & formalia omnium rerum Principia.

Spiritus univerſalis itaque eſt ſubſtantia ſubtilis lucida, rara, diſtincta à ſuo toto primum creato, ſi diverſe mediante humido cum ſuo ſale uniatur, conſtituit omne Individuũ quod regit, vivificat auxilio accidentium, quibus id exterius connotat.

Sal vero quod dat ſubſtantiam ſolidam & compactam, æquè à ſuo toto diſtinctum eſt, hoc ſi uniatur cum ſuo ſpiritu ſeu ſubtili, efficit omnes varietates, idem cauſatur extenſionem ſenſibilem & conſtantiam ſolidam ejuſdem naturæ in ſuis ſubjectis.

Sic videmus effectum Formæ, Spiritus movet, Sal efficit, hoc trudit, alter trahit, & contra, & ex his mediante humido junctis conſtat Eſſentia.

Exiſtentia vero eſt ultima unio eorundem exterius mediante ut dictum humido, pro ſenſibus facta, hoc eſt ratione accidentium.

Accidentia etenim ſunt effluxus externi producti à formis ſubſtantialibus, ut folia à plantis, qualitates ab Elementis. Varietas externa ſolum oritur à partibus diverſe compoſitis & forma extrinſeca.

Individuum demonſtrat exiſtentiam corporis, Forma vero particularis detegit Eſſentiam ſpiritualem, & Virtus pluribus communis indicat genus, veluti actus potētiam, quæ chaos dicitur, ſeu univerſum, absq; diſtinctione: Chaos enim nihil aliud eſt quam Eſſentia univerſalis ſibi ubique ſimilis & indiviſibilis.

Simili modo per Unitatem, Cubum, & Circulum poteſt demonſtrari Deus, & ejus attributa maxima & ſpecialia.

Unitas enim probat Simplicitatem.

Quadratum vero ſive Cubus Immutabilitatem hic enim ſibi ubique conſtans eſt.

Circulus ſicuti ubique principio & fine caret, ita Dei durabilitatem ab æterno in æternum deprædicat. Hæc enim ſunt Dei attributa interna.

Itaq; veluti Cubi baſis eſt Unitas, & hæc utraque

que circulo includuntur ut unum exprimant, ita Potentia præſupponit Intellectum, qui ordinat, & Voluntatem quæ efficit, ſic iſta tria unitim unum determinant.

Senſibilitatem corporis indicat Cubus qui exprimit 4. qualitates accidentarias ſubſtantiæ corporeæ, & eorum per conſequens Elementa, quorum quodlibet in ſubſtantia eſt æquale, oppoſitæ, ſi ſeorſim fuerit.

Illæ vero ſubſtantiæ non niſi ratione accidentium ſenſibiles ſunt, ſubtiles nempe per activas, & ſolidæ per paſſivas qualitates.

Secundæ vero qualitates ſenſibiles ſunt propter eorum combinationem binam, conſtant enim ex τῷ plus & minus, τῷ intus & extus, τῷ ſurſum & deorſum, τῷ dextrum & ſiniſtrum, τῷ antrorſum & retrorſum, &c.

Sic plus calidi & minus ſicci efficit Ignem, & ſimul notat tenuitatem & aëritatem.

Non percipiuntur tamen activæ hæ qualitates niſi ex ſubjecto illorum tacto, ſunt enim ſpirituales, effectrices, motrices.

Paſſivæ vero ut magis materiales omnibus ſenſibus communes ſunt, propter activas & formales quæ in ipſis reſident, ſunt enim veluti matrices & nutrices.

Sic ex æqualibus partibus humidi & frigidi conſtat Aqua, corpus ſimplex, hinc varias formas propter Simplicitatem facile recipit.

Ex

Ex plurimùm vero ſicco cum pauco calido fit Aër, corpus ſimplex ſemper permeabile , hæc ambo propter ſimplicitatem maximè conveniunt, Aqua enim Aërem, & hæc Aquam facile recipit.

Ex parum vero Frigido in multo ſicco conſiſtente fit Terra, unde efficitur corpus opacum & fixum, ſuis partibus continuum.

Si vero ſiccum ſuperatur à Frigore, terra firma evadit & diciturSal fixum.

Si vero ſiccitas humiditatem & calorem ſuperaverit, fit Sal mixtum volatile ut Sal armoniacum, hincq; Sal arm. ut volatile non eſt fuſile, & ſolum ſiccitate nocet.

Si vero humiditatem & ſiccitatem ſuperet calor, fit aër combuſtibilis & dicitur Sulphur, quod ob defectum aquoſitatis aëreę etſi liquescat, non aufugit, ſed in florum forma adhæret, nec in frigido liquescit.

Si vero calorem internum ſuperet humi-

umiditas externa, fit Mercurius un-
e ſemper eſt in fluore.

Sic qualitates etiam hæ ſunt vel Internæ vel
ⱪternæ, vel contrariæ vel homogeneæ, vel ſu-
:rnæ vel infernæ.

Sic Mercurius ſeu Argentum Vi-
ım propter calorem internum ni-
ıium, & humiditatem Metallinam
mper eſt in fluore unde nequit
›mburi.

Sulphur vires accepit à calore in-
rno & humiditate.

ial vero humiditate regitur, & frigo-
denſatur.

Omnes vero iſtæ qualitates oriuntur ex u-
ıne formæ , ſive ſpiritus & ſalis univerſalis,
: Acidi & Alcali, cum Aqua varie mixtis.

Itaque ignis mixtum animat.

Volatile elevat.
Sal conſolidat.
Sulphur reddit fluxile.
Mercurius regit & fermentat.
Aqua nutrit.
Terra augmentat.

Ilterius dividitur omne creatum in Corpus
mam, Spiritum & Motum.

ıima, Motus & Spiritus corpori includũtur.
piritus ſub ſe habet ♀. & ☿.

Sal

Sal ſub ſe habet Spiritum, Sulphur & Mercurium, & eſt vel Fixum vel Volatile.

Sulphur Spiritum & Sal, & eſt vel combuſtibile vel non.

Mercurius omnia continet, & vel evaporat vel non.

Fixum verò & volatile modo ſiccum, modo humidum eſt, & quo magis cum calore vel frigore uniuntur, eo magis ſenſualem conſiſtentiam recipiunt.

Siccum vel compactum eſt vel rarum.

Humidum vel Aëreum, vel Aquoſum, vel Metallinum.

Compactum eſt vel Aquoſum vel Aëreum.

Rarum proximum eſt indiviſibili, & Aëreum Sulphuri. Indiviſibile ad ſpiritum accedit, & Sulphur ad Ignem.

Cum vero Spiritus cum Sale, ſive Acidum & Alcali mediante humido juncta ſint, hoc humidum, hoc calidum innatum in rerum compoſitione audit.

Sic qualitates internæ Spagiricis, externæ vero ſenſibus patent.

Spiritus in S.S. dicitur Lux vel Lumen, Sal vero Tenebræ.

Hæc ſunt Amice Lector Rerum Naturalium Principia, ſed ante ſeparationem potius conſiderata: quoniam vero Chymia eſt occupata in materialibus corporum principiis eruendis, & nobis ob oculos ponendis, ad ea faciamus progreſſum.

Sunt

Sunt vero itidem hæc corporalia & ſeparanda rum principia du plicia:

Remota, ut, ⊖ . 🜍. ☿. Aq. terr. quatenus compoſita.

Proxima, ut Spiritus & Sal, hoc eſt, Acidum & Alcali & Aqua, ſimpliciter conſiderata, & ab aliis particulis heterogeneis ſeparata.

Deſumuntur ex triplici Regno, Animali, Vegetabili & Minerali.

Et ſunt vel fixa vel volatilia, vel ſolida vel liquida.

Sal vel Alcali eſt vel Acidum vel fixum vel volatile.

Fixum utplurimum de alcali quod per incinerationem prodiit, interdum etiam de acido intelligitur.

Fixum Alcali conſtat ex particulis ſolidis, ponderoſis, oblongis & rectis, inflexilibus tamen & rigidis, hinc varia harum particularum cum acido textura, varias & diverſas figuras corporum repræſentat. Sic ſi eædem particulæ cum acido combinatæ Cubum exprimant, fit Sal commune, ſi Conum, Nitrum fit &c.

Et ex hac Acidi & Alcali variâ mixtione omnia alia reſultant corpora in rerum natura exiſtentia, hoc vel illo magis ſaturata.

In Specie vero Alcali ſine acido, ſicque puriſſimum, & ab omnibus adhærentibus corporibus & particulis aliis ſeparatum, eſt corpus fixum poroſum variis poris præditum, vacuum, acidum quodvis hinc facile

facile recipiens, cumque eo mediante humido varias & innumeras ſpecies, imo omnia corpora naturalia, ex variè variata mixtione producens, nec lucem etiam ſeu acidum omnium ſubtiliſſimum, ut in phoſphoris conſpicuum, excludens.

Fit utplurimum ex Regno Animali & Vegetabili, *ejusdem vero Mechanica elaboratio* in genere *fit combuſtione* & calcinatione, ſpecialius vero ex jucunda Carteſii mente in hunc modum ſe habet:

Præſupponatur corpus angulosum ſeu poris angulosis præditum, Ignis hujus poros ſubiens & particulas circumrotans angulos illos mutua attritione abradit: quicquid in hac mutua confricatione abraditur, illud eſt anguloſum, minutiſſimorum ramentorum inſtar, & ſpecie fumi aſcendit & coagulatur, vel in corpus ſiccum vel in aquam, ſive ſpiritum acidum. Ita abraſis angulis corpora fiunt globoſa, glabra & lævia, quæ diutius igne fortiori circumacta Oleum conſtituunt Videmus enim corpora plana & lævia continuo motu magis magisque complanari & lævigari, quicquid igitur in illo motu abraditur læve molle, glabrum, id eſt oleum. Idque tamdiu durat donec globuli ita abraſi ſint, ut ex figura globuloſa in cylindricam teretem & oblongam, vel etiam cubicam pyramidalem, aut aliam irregularem tranſeant figuram, tum enim amplius ita rotari non poſſunt, ſed ob longitudinem ſuam & irregularitatem, mutuo ſibi incumbunt, ac Alcalia fixa ſive cineres ſive calces conſtituunt, quæ fortiſſimo igne tandem acido ex flamma ſive igne ex arenâ vel ſilice reattracto, vitri-

ficantur, hincque ob ſubtiliſſimum illud, & ex ce enatum Acidum fiunt pellucida, & quo purius Alcali, hoc è Luce pronatum Acidum apprehendens pellucidiora fiunt corpora vitrea.

In præparando vero dicto Alcali & Acido liberando, præprimis ſi ex lineralibus id extrahere animus ſit, oſerves ut circulatio ignis ſine im-dimento fiat; hinc cavendum ne rpora confluant, quamprimum e-m fluxu conjunguntur, non poſ-nt abradi mutuâ attritione anguli, conſequen ter non ſeparātur ſpiri-s ſive Acidum ab Alcali, quia cohæ- partium impedit abraſionem: nc aliquid heterogenei influxile ditur ad prohibendum confluxum promovendam abraſionem.

x his patet omne Alcali in genere eſſe om-n illam materiam mediante combuſtione & cinatione productam, & ita vel manifeſtam, occultam, vel odoriferam, ut volatilia vel ,ut fixa, vel ſapore lixivioſam vel urinoſam; benignam, ut omnia medicamina generoſio-x Alcalibus & fixa & volatilia: vel malignam venena.

 Quo-

Quorum tamen omnium ſpecialiſſima proprietas conſiſtit in effervescentia cum acidis vel apertè vel occultè.

ACIDVM ſunt corpuſcula luminoſa penetrantiſſima & ſubtiliſſima, Alcalia exagitantia, fermentantia, & attenuantia. Itaque Acidum eſt Motor, Informator, Rector & Maritus, agens, Alcali vero Fœmina, patiens, omnibus ſe fideliter accommodans. Hæc ambo mediante humido juncta fœcunditatem omnibus vivificam largiuntur corporibus. Ex harum etenim particularum figura & varia textura, omnes exſurgunt diverſæ magnitudines & corpora compoſita, mediante tamen aquâ ceu humido, cujus particulæ & pori tales ſunt, ut Acidum & Alcali ex textura & figuræ proportione, certo modo ſibi adhærere, & mutuo amplexu ſe apprehendere facile queant: hujus enim particulæ flexiles ſemper in motu, eorum in ſe actionem facile promovent ut unum in alterum impingat, hoc ita trudit, aliter trahit, hoc agit in illud & illud viciſſim, idque tamdiu, donec diuturnâ actione & paſſione unita ſibi firmiſſime adhæreant, & ita figuræ & texturæ mutatione in corpus variè variatum, ratione aliarum particularum unâ variè concurrentium abeant, hinc iterum denuo ſeparata mortis auctores exiſtunt.

Eſt vero Acidum vel Minerale, vel Vegetabile vel Animale, ex uno horum vel alio artificis manu ſeparatum, & vel Fixum, vel Volatile.

Fixiſſimum omnium in Metallis, minus fixum in Mineralibus & reliquis.

Volatile

Volatile ex omnibus fit, ex Mineralibus tamen efficacius.

Eſt & Acidum vel manifeſtum vel occultum, & differt vel ratione ætatis, alimenti, ſexus, vel item ſanorum vel ægrorum &c. Sic quoque diverſam obtinet naturam ratione gradus in Ventriculo, in Liene, in glandulis, in hoc vel illo ſubjecto &c.

Hæc de Salibus in Specie. In genere Sal conſideratur ut compoſitum, v.g. Sal commune, hoc nihil aliud eſt quam Alcali & Acidi mediante aqua diverſe facta combinatio, hinc omnium Salium compoſitorum vis & efficia inter ſe multum differt.

Solvuntur enim aqua, reſiſtunt igni, ſaporem omnibus largiuntur; præbent ſpiritum acidum, &c.

Hinc Sal commune eſt baſis omnium aliorum Salium compoſitorum, ex quo additione aliarum rerum omnia alia oriuntur v. gr. ex Sale communi & volatili fuliginis, lignorum, &c. fit Sal armoniacum, &c.

Coagulantur vero ſalia omnia vel trilaterâ quadrilaterâ, quinque vel ſexlaterum figurâ, circino quaſi dimenſurata, criſtallorum inſtar & adamantum: ut vero in exactam concreſcant figuram exactiſſimè purificari debent, nec ignis vel caloris gradus negligentur, quo enim calidius criſtalliſatur ſal, eò minora fiunt grana, quo frigidius, eò majora.

Sal eſt fermentum Lapidificum quia ipſe lapideſcit.

Aquæ pluviæ partes 72, ſolvunt ſalis ſicci partes 32.

Sal commune ex muria ſuilla recoctus omnium eſt optimus, operando enim in ſuillam amiſit volatilitatem & fixatus eſt; hinc tale ſal recoctum, & cereviſiæ injectum conſervat ne aceſcat, quod aliud non facit.

Sal gemmæ eſt figuræ quadratæ, igni injectus non crepitat nec diſſilit, ſed ut ferrum igneſcit, ac lapidea duritie permanet contra naturam aliorum ſalium.

Itaque videmus omne Acidum & Alcali producere tertium quid, videlicet ſalſum, & hoc ſcilicet ſalſum cum aliis corpuſculis neutrum, ut Salarmoniacum, Tartarum, Nitrum ⊖lum, &c.

Sicque prout Acidum & Alcali puriora exiſtunt & ab aliis corpuſculis adhærentibus ſeparata, ita conſtituunt ſalſa vel puriora, vel ſi aliis remixta, impuriora, v.g. Oleum ſive ſpir. ⊖li, hoc eſt Acidum purum, cum oleo ♀i, Alcali puro urinoſo, mutua figuræ mutatione fit ſalſus & purus tartarus vitriolatus: ſic Alcalia vegetabilium quo puriora, & cum acido puro junguntur, eò puriora præbent ſalſa fixa, & contra.

SVLPHVR Acidi ſubjectum conſtat ex particulis ramoſis oleoſis tamen prævalentibus, ideoq; difficulter ſeparabilibus, ut ſulphura Mineralium quæ propter.

pterea ſibi invicem nimium implicata tenaciter adhærent.

Conſervat vero omne 🜍 à putredine, quia baſis ſeu fundamentum eſt Ignis, vel Lux, vel Acidum, vel ſpiritus: hinc facile ſuſcipit ignem oleoſis etiam particulis prævalentibus.

Eſt item ſulphur colorum radicale fundamentum & principium, etiam primum odorabile, propter ſal volatile oleoſum urinoſum in quibus 🜍 apertiſſimum eſt, largitur item malleabilitatem Metallis, & dat ut ſint tenacia & flexibilia. Cum Alcali magnam habet amicitiam, hinc cum eo facilime recluditur.

MERCVRIVS conſiderandus venit vel ut propriè ſic dictus, ut Argentum vivum, vel impropriè ita vocatus, & hoc modo ſub reliquis omnibus continetur ut levis, ſubtilis, penetrans, minus conſtans, &c.

AQVA eſt humiditas per ignem expulſa, inſipida, conſtans particulis lubricis, fluitantibus, flexibus, facile invicem à ſe ſeparabilibus inſtar anguillarum, hæ particulæ ab invicem disjunctæ & celeriter motæ vapores conſtituunt, qui ubi elevantur in ltum, frigore condenſantur rurſus, & in aquam reolvuntur, & quoniam ita aqua conſtat ex particulis ſe disjungibilibus quæ in motu diffluxionis ſunt, inc alieno termino contineri neceſſe habet.

TERRA conſtat ex particulis fibroſis & rigiſ.

Ex his verò omnium concretorum fundantis & principiis reliqua conſtant, v. gr.

ESSENTIAE ſive Tincturæ ſunt liquor ſulphureus maximè ſubtilis.

SPIRITUS eſt humiditas aërea ſive mercurialis utraque incombuſtibilis.

OLEUM eſt liquor aqueus ſulphureus, minus attenuatus conſtans particulis oblongis, ramoſis, mollioribus tamen & flexilibus.

EXTRACTUM eſt corpus minus terreſtre ſubtiliſſimarum partium aquearum & terrearum per ignem à craſſioribus ſeparatarum.

FLORES ſunt ſicca corpora elevata in partes indiviſibiles, leviter tamen iterum uniendas.

MAGISTERIUM eſt calx ſubtiliſſima, per acidum corroſa, & per contrarium, alcali videlicet, præcipitata, &c.

VITRUM eſt corpus transparens, longa fuſione productum, minus tamen ſolidum, ſulphureis particulis opacis & obſcuris ac irregularibus poris, deſtructis.

Hæc ſunto corporum Naturalium omnia principia, & proxima & remota, tam ante quam poſt ſeparationem conſiderata.

Quod autem ex omnibus hiſce primum obtineat locum, & pro primo & proximo materiali rerum principio habendum, & in quod omne concretum ultimò reſolvi denuò queat,

queat, in hoc adſunt non pauci diſ-
ſentientes Authores: Mihi placet Hel-
montii Boylæi & aliorum Neoteri-
corum opinio, potius ſententia, qui
per Anatomen chymicam Aquam
pro primo & ultimo materiali rerum
omnium principio cognoverunt, &
ex S. S. demonſtrant, cum præter Lu-
cem, Tenebras & Aquam primis cre-
tionis diebus nihil eſſet, ita ut etiam
ipſe Altiſſimus Firmamentum in a-
quarum medio poneret; & ita A-
quam reliquorum omnium princi-
piorum eſſe principium, ex quo me-
diante Acido & Alcali, omnia facta
ſint, & adhuc quotidiè fiant, & in
quod ultimò reſolvi rurſum poſſint,
firmiſſime & certo ſciunt: Aqua enim
propter particularum varie figurata-
rum fluiditatem & flexibilitatem, &
pororum propterea differentiam, fa-
cile contrahi & extendi poteſt & va-
riè ab Acido & Alcali ſive ſpiritu & ſa-

le variari, ut creſcant & ſe extendant ac conſolident modo infinito, accedente tamen ſemine ſpecifico divinitus indito.

Et hæc etiam fuit Hippocratis noſtri antiquiſſima doctrina, cum inquit: Conſtituuntur tum animantia alia omnia, tum ipſe homo ex duobus, differentibus quidem facultate, concordibus vero uſu, igne nimirum & aqua, hæc ſimul ſufficientia ſunt tum aliis omnibus, tum mutuò ſibi ipſis, utrumque vero ſeorſim neque ſibi ipſi, neque ulli alteri ſufficiens eſt.

CAPUT

CAPUT II.

Enumerat Requiſita & Media quibus hæc Principia in conſpectum veniunt, & à corporibus ſeparantur, ſunt vero: Furni Vaſa, Ignis, &c.

Præmiſſis enim his tam intrinſecè quam & extrinſecè quodammodo conſideratis, videndum nunc quomodo in conſpectum hæc Principia prodire, & viſibilia reddi queant: ad hoc vero requiruntur, imo *opus eſt Mediis: Inſtrumentis* nimirum *& Operationibus*, & quoniam absq; Inſtrumentis omnes Operationes irritæ forent, de iis primum quæ neceſſaria, dicemus: *ſunt* autem *Inſtrumenta* hæc itidem *duplicia*, vel *activa* ut *ignis*, &c. *vel paſſiva* ut *furni & vaſa.*

Furnus eſt locus ad ignem concentrandum & recte regendum excogitatus, quo incluſus ignis artifici obediat, & ex voto operationes promoveat.

Materia furnorum vulgo ſunt lateres, & argilla tenax, cum arena, pilis, fimo equino, item, limatura ferri mixta, & cum aqua ſalſa ſubacta.

Structura eorum maxime variat, & quilibet ſibi ſtruit tales, quos ex omnibus commodiores,

& ex re ſua eſſe deprehendit, pauci tamen ſuffi-ciunt, & duobus omnes operationes chymicæ, quæ occurrere modo poſſunt, perficiuntur. Primus mihi eſt univerſalis, in quo modo aperto igne, modo in arena cineribus, vel Balneo M. & V. deſtillationem ſuſcipio, componitur autem ita:

Man bauet einen Ofen 6. Spannen hoch und 2. breit/ das undere Aſchenloch/ biß zum Roſt macht mã 1. Spannẽ hoch/ dẽ Roſt muß mã ſolcher geſtalt durch einen Faltz in den Ofen machen daß man ihn könne auß und ein thun; von dem Roſt biß zum Loch da man die Kohlen hinein wirfft/ muß wiederumb ein Spannẽ hoch raum ſeyn/ uñ ſo fort an/ biß er in allem 5. oder 6. Spannẽ hoch iſt/ je höher er iſt/ je beſſer ziehet er Feuer. Oben wird er in die Runde ſo weit gemacht daß man ein Capell oder Balneum, oder Keſſel hinein kan ſetzen. Oder ſo man darin in offenem Feuer/ als ſpiritus Minerales diſtilliren will/ macht man eine Eiſerne Stange durch den Ofen 2. Spannẽ hoch über dem Roſt/ darauff die Retorten ruhen und ligen könne: will man dann mit holtz deſtilliren ſo ziehet man den Roſt herauß/ und macht das Feuer in das Aſchen-Loch/ ſo kan mans regiren wie man will/ in dem man nemblich viel oder wenig Holtz zulegt/ oder auch wohl gar das Feuer zurückziehet und nur vor das Ofen-Loch macht/ will man aber mit Kohlen deſtilliren/ ſo thut man den Roſt hinein und wirft die Kohlen zum obern Kohlen-Loch hinein. Dieſen Ofen

Ofen habe ich unter allen am beſten und nützlichſten befunden/ als worin ich in defectu carbonum mit Holtz eben das habe thun können/ als mit Kohlen auch mit wenigerm Koſten: die Form deß Ofens wird man in beygeſetzter Figur am beſten verſtehen können ſub litera A.

Will man noch einen compendieuſeren Ofen haben/ ſonderlich wo man keine Ziegel oder Mauerſtein haben kan/ ſo nimbt man einen groſſen Topf oder Hafen 2. Spannē hoch/ dergleichen man bey allen Häfnern oder Töpfern findet/ den Boden ſchlägt man durch/ doch caute daß der gantze Hafe nicht zerbricht: in der mitten des Hafens macht man ein Loch die Kohlen hinein zu werffen/ dann lutirt oder verklebet man den Hafen inwendig eines guten Daumens dick/ und läſts vor ſich ſelbſt trocknen/ man macht auch gerade über dem Kohlen-Loch oder etlich finger breit höher/ gerad gegen einander über 2. kleine Löcher/ etwan fingers dick/ dardurch man eine eiſerne Stange ſtecken könne/ damit die eingeſetzte Capell oder der Hafen pro Balneo, darauff ruhe.

Will man nun darin deſtilliren/ ſo ſetzt man dieſen alſo zugerichteten Hafen auff einen Roſt ſo auff 2. Ziegelſteinē ruhet oder liegt/ und macht mit Kohlen das Feuer/ ſo hat man einen bequämen deſtillir Ofen: will man einen Wind Ofen darauß haben ſo hebt man die Capell oder das Balneum herauß und legt den Roſt oben hinein/ und ſo


tieff

tieff als man will / und die Kohlen darauff/ſo kan man ſchmeltzen wie man will.

Abſtinendum à repellentibus, & ſi ſufficiens eſt naturæ excretio, purgatio & V.S. vitentur, ſin minus, omnis generis attractiva proſunt, v.g. ſeq. Empl. quod ſingulis ſex horis renovetur, quo optime emolliat, ut bubo aperiri poſſit vel lanceta vel cauterio potentiali.

℞. *Gummi ammon.*
galban. aa. ℥iiij.
Solve *aceto*, exprime & coagula; adde
thereb. ℥ ß.
balſ.♀.Ruland. ℥j.
Empl. diachyl. ſimpl.
de meliloto. aa ℥iiß.
ceræ. ℥ij.
ms. f. Empl.

Si bubo deſiſtat & decreſcat, ſitque contumax, V.S. & purgatio concedatur ad evacuationem

nem humorum, vel nimis affluentium, vel recurrentium.

Aperientia tamen quo citius, eo melius in uſum ducantur, non tamen plane crudi, ſed ſemimaturi aperiantur, vel cauſticis, quæ ex mente Fallopii latius aperiunt, & tumorem frigidum penetrantius calefaciunt; vel ferro.

Aperto vero ulceri imponenda therebintina lota ex Decocto quajaci, cum melle ad prunitatem cocto.

Ulcus eluatur *Decocto quajaci,* &c. & ultimo cum *Empl. Oppodeldoch.* ad ſanationem perducatur.

Exercitia remorantur bubones ut tardius propellantur.

Conſiderandus item dolor venit ubi Empl. mitigativa imponantur, vel cataplasmata ſpecificis, ut Decocto quajaci commixta v. gr.

℞. *Fol. malv.* m. j.
farini. alth.
fænugræci. aa. ℥ij.
axung. anat.
olei anethi. aa. ℥j.

Coque ex Decocto quajaci in formam cataplasmatis.

Ut brevibus contraham, in bubone venereo nec venam ſecare, nec corpus purgare licet, quamdiu externis remediis curari poſſe ſpes ulla ſupereſt, ne humores maligni à natura ejiciendi,

 ad

Spiritus ⊖li decantatus, & cum oleo Tart. præcipitatius, dat Magiſterium croci metallorum.

NB. *Præſtantiſſimum digeſtivum in hypochondriacis.*

Corpore itaq; , & primis viis per dies aliquot rite purgatis & purificatis, fiat Decoctum

℞. *Ligni Quajaci raſpati.* ℔j.
liquirit. raſ. ℥j.
Aq. fontan. ℔xvj. vel
4. Maß.

Stent per noctem infuſa, mane primo leniter coquantur per 6. horas, vel donec maxima aquæ pars decocta, & 5. ſaltem libræ remanſerint, vaſe bene clauſo.

De hoc Decocto ſumat æger mane hora ſexta, & veſperi hora 4ta pro doſi ℥vj. calidè pro tolerantia, & in lecto bene munitus ſudet, primo per dimidium horæ ſpatium, altero die per tres quadrantes horæ, & ita ſemper aſcendendo ad duas usq; horas, pro tolerantiâ tamen ægri & virium, nec etiam ſudor neceſſario cogendus ac exprimendus, ſed naturæ cedatur locus oportet.

Sudore peracto linteis calidis abſtergatur æger, & confortans præbeatur ut conditum, conſerva &c.

Ad ſudorem facilitandum laconica optimi hic uſus, vel lecti fora minibus feneſtratis præditi, ſubjectis prunis &c.

Si corpora exſucca, non cogendi ad ſudorem nimium, & tunc conducit china cum paſſulis,

ſulis, & Saſſafras, cum Decocto carnis vitulini, non vero Quajaci.

Febris etiam habenda ratio, ſi ephemera adſit, per unum aut alterum diem abſtineatur à ſudore, donec corpus purgatum ſit.

Si ſitis accedat non nimis bibendum eſt Decoctum Quajaci, quia eo ventriculus debilitatur.

Si ſiccitas adſit, ſemel in die ſudent, ſi calor, abſtinendum à Decocto donec febris ablata.

Et ſi corpus non ſatis purgatum, intra dies 14. repetatur purgatio.

Si adſit alvi conſtipatio, propter febriculam, à Decocto abſtineatur & detur Ptiſana laxans per dies aliquot, vel aliud.

Decoctum exhibeatur tam diu, donec omnia ſymptomata remota ſint, & facies colorem naturalem acquirat, quod tamen in hoc citius, in alio tardius fit. Quidam exhibent Decoctum per 30. imo 40. interdum etiam ad 60. dies, & tamen Lues vix cedit, & quia vix tamdiu homines retinemus, bis in die exhibemus Decoctum ut ſudent. Dum malum eſt recens, aliquando intra 15. dies finitur cura.

Poſt ſudorem aeri benigniori & liberiori aliquantulum exponantur ægri, præſertim à meridie.

In Decocto non ſolum ingredientia, ſed & ipſa doſis varianda; ſic in corpore humido ſarſa-

parilla melior aliis. Reſpiciendum enim ad temperamentum, vires, ſymptomata, pertinaciam luis, ætatem, ſexum, modum præparandi Decocti &c.

Hinc Decoctum variat, *ſi enim Lues calidior ſit, & febrilis diſpoſitio, adde ſarſaparill. Chinam &c. ne noceat quajacum ſuâ caliditate.* In intemperie vel hepatis, vel lienis, vel renum adde appropriata, ratione amaritudinis miſce ſaccharum, & ratione acrimoniæ paſſulas. v. g.

℞. *Quajac.* ℔ß.
cortic. quajaci
ſarſæparill. aa. ℥ij.
ſaſſafras. ℥j.
aquæ font. ℔x.

Infuſa per noctem coquantur ad tertias de quo exhibe mane ℥vj. veſperi ℥iij. vel. v.

Vel ℞. *Sarſæparillæ* ℥vj.
rad. chinæ. ℥ij.
Aquæ font. ℔xv.

Coq; ad tertias in loco tepido prius 24. horis infuſa.

Si Decoctum cum jure carnium parandum, adde ſarſæparillæ in mortario contuſæ, carnis vitulinæ macris ℔iij. ſem. coriandi ℥j. ſantali citrini ℥iij. & tunc coque ad remanentiam ℔v. in fine adde cinamomi ℥iij. fiat fortis expreſſio. Doſis mane & veſperi ℥vj. vel veſperi ſaltem ℥iiij. aut v.

Si Hectica adſit, adde hordei decorticati ℥iiij.

Æſti-

Æſtivo tempore dimidia pars Decocti tantùm coquatur pro unâ vice, ut gratius ſit ægro.

Nonnulli Decoctum parant cum viro, melius tamen ſi uſus tempore addatur.

Uſus vini locum habere poteſt in ventriculo debili, ſed magis in aſſuetis, alias ſemper bibatur Decoctum ſecundarium. v.g.

℞. *Remanentiam Decocti ſuperioris*
unius vel alterius.
coque cum *aquæ fontan.* ℔xv.
& adde *paſſular. major. & minor.* aa. ℥ij.
ſem. aniſi.
cinamomi. aa. ʒiij.

Hoc eſt Decoctum ſecundarium pro potu ordinario.

Si vero Patiens, ut dictum ſupra, vino ſit aſſuetus, nec abſtinere poſſit, præprimis debili ventriculo præditus, qualibet cœna vel prandio concedi poteſt hauſtus vini veteris, non adeò fortis, vel fruſtum panis tragæa ſtomachica aſperſum, & vino intinctum.

Ante cœnam, item & prandium Patiens in hypocauſto parum circumambulet, vel alio modo motionem ſibi procuret.

Somnus meridianus ante omnia vitetur. Alvus ſervetur ſemper aperta, vel per enemata, vel per laxantem Ptiſanam &c.

NB. Non quævis natura per ſudorem malignitates vel humiditates pravas expellit, ſed interdum eas per urinam ejicit, quod notandum, & ſi hoc fit, adjuvanda vis diuretica, ſic enim facilius & ſecurius amandantur pravæ humiditates.

A recentioribus recommendatur cura, per Eſſentias lignorum, item eorum ſpiritus, & ſalia volatilia inſtituta.

Sic Poterius Extractum hoc Anti-Venereum maximè recommendabat;

℞. *Cortic. ligni ſanct. parum contuſ.* ℥vj.
raſur. ejusdem ligni. ℔iij.
chyna chynæ in taleolos ſect.
ſarſæparill. minut. incis. aa. ℔ij.
Baccar. juniperi. ℔ß.
ſem. card. bened.
carvi. aa. ℥iij.
Fol. ſucciſæ.
ſcabioſæ. aa. m. iij.
rad. cyperi.
vincetox. aa. ℥ij.

Infunde omnia parum contuſa in ſ. q. vini albi generoſi & f. ſ. a. Extractum, cui ex fœcibus vel remanentia factum oleum adde; hoc educitur per retortam, à quo empyreuma per aquã communem cohobando tollitur.

Vel, extrahitur Eſſentia ex ligno quajaco, ſaſſafras, ſarſaparilla cum ſpir. fumariæ, hæc cum ſale quodam volatili juncta, v. g. CC. viperarum &c. acidum corruptum potentius corrigunt & reſtituunt, hincq; cura emergit plus jucunda & minus tædioſa, præprimis ſi therebintinata & juniperina balſamica addantur, natura fermentum corruptum per urinas ducit, & ita curatur patiens absq; Decoctis longis, & absq; inunctione ☿iali.

Si

Si vero quis per inunctiones ☿iales, & inde excitatam ſalivationem, curam citius & melius inſtitui poſſe judicet, ad obtinendum ſperatum & efficaciorem effectum, niſi malũ ſit adeò inveteratum, ſequenti modo procedat, ſequentiaq; obſervet;

Cõceditur vero 1. in robuſtis, reliquis fruſtraneis, 2. perſonis illuſtribus ne pili defluant.

Non vero fiat inunctio, niſi corpore prius optimè purgato, & Decocto nihil efficiente.

Hac cura quidem extenuantur multum ægri, mirabiliter tamen iterum & ſubitò poſt curam ſœpiſſimè pingueſcunt.

Prohibent etiam hanc curam per ſalivationem, Virtus debilis, vel ulcus oris, ſi non ſit in præſentia, ſaltem anteceſſerit, & ſi cum his conjuncta ſit angina, non inungantur. Prohibet item Paralyſis, tremor, macies, patiens puerilis vel ſenilis ætatis &c.

Inunctio inſtituatur in loco calido, fortius in inveteratis, inq; robuſtis, per triduum, primò inungatur tarſus, & quidem membra circa articulos inungenda, primo circulariter, deinde deorſum.

Si ſuccedat ſalivatio, ore teneantur armillæ, vel nummus aureus ſæpè mutandus, & igne purgandus.

Si mediocris evacuatio facta fuerit, artus laventur vino malvatico, roſmarino & caſtoreo infuſo, & foveantur; vel Balneo utantur, & poſtea in-

inungantur artus oleo caſtorei cum vino malvatico.

Si patiens ſecunda inunctione exſpuere incipiat, addatur tertia & ſufficiet: inungendi vero horis 4. ante prandium, præmiſſo ſi opus clyſtere.

Patiens ſe ipſum inungat, ne alius inungendo ſibi ſalivationem excitet.

Finitur hæc cura utplurimum per ſe intra 10. & 15. dies, intra quod tempus cibandus Patiens ovis ſorbilibus, juculis delicatis carnium, gallinarum, caponum, &c. facilioris concoctionis & optimi ſucci. Pro potu præter Decoctum lignorum ſecundarium & ordinarium, concedatur in prandio & cœna hauſtus vini generoſioris.

Quando vero finita ſalivatione, & dentium vacillatione, & ulceribus oris ſanatis, ita ut cibi duriores capi iterum poſſint, attamen ſymptomata nondum ceſſent, inunctio de novo inſtituenda, & ut prius procedendum, donec ſymptomata ceſſent.

Sin vero ſalivatio ſuccedat, per alia evacuandum, ne lithargyrium maneat in corpore.

Sequuntur Unguenta ſalivatoria.

℞. ☿ *vivi.* ℥vj. ſaliva extincti.
axung. ſuillæ ℥viij.
vel Vng. pomati.

Tere per horam integram, adde
⚱ *lauri.*
juniperi. aa. ℥j.

Tri-

Tritis rurſus per dimidiam horam adde ulterius

caſtorei pulv. ℥ß.
croci. ℈j.
ceræ. ℥ß.

mS. per duas horas, ut fiat Unguentum, ſi lubet. adde odorifera, ut *Moſchum, Zybet*, &c.

De hoc inungantur quotidie, pro doſi à ℥ij. ad ℥ß. in hypocauſto calido juncturæ artuum omnium, item plantæ pedum, prius tamen linteo ſiccatis omnibus locis inungendis: inunctio vero fiat ſemel in die, vel mane hora una poſt ovum ſorbile, vel carnis juſculum, vel veſperi duabus horis ante cœnam, hoc facto in lecto bene tectus ſudorem expectet, pro tolerantia tamen; operationes vero ſuas exercet ☿ius vel per vomitum, ſedes, vel ſudorem, vel urinam, vel ſalivationem.

Salivatio utplurimum incipit tertio, quarto vel quinto die, interdum etiam dies 14. requiruntur, donec cieatur ſalivatio, præprimis ſi Patiens nondum adhuc curâ hac uſus ſit.

Interdum etiam ☿ius vires ſuas non per ſalivationes, ſed per inſenſibilem transpirationem, vel per ſudorem, vel per urinam exerit.

Uno tamen horum effectuum viſo, adhuc una vice inungatur Patiens, & ſufficit: notandum enim optime, ne aut in exceſſu, aut defectu peccetur,

cetur, quia hoc nil efficitur, illo vero patiens ad ſuperos mittitur.

Intra hoc curationis tempus patiens non lavetur frigida, nec induſium nec lectũ mutentur; purgatio & V.S. vitentur, &c.

Si vero tibi videretur ſalivatio nimis cito finiri, inunctio repetatur per dies aliquot.

Si inunctio non placeat, ſalivatio quoque cieatur per aſſumpta præcipitata, vel turbith pedetentim. ex gr.

Exhibe *præcipitati albi*, hodie gr.iij. cras vj. & die ſeq. viiij. donec ſalivatio incipiat, & ita quaſi habena augetur vel minuitur ſalivatio.

Suffumigatio exolevit.

Emplaſtra Unguento ſunt debiliora.

Cingula & armillæ in ſcabie gallica & aliâ, optimi ſunt uſus, & magnæ efficaciæ.

Sequuntur ſymptomata

Quæ hanc luem ſemper, ut umbra corpus, ſequuntur, quædam per ſe, quædam in curatione v. gr. Dentium.

Dentium caſus,

Qui in ſalivatione propter humores affluentes, ſæpius accidit, *caveas ne ſtatim adſtringentibus utaris, ſed detergentibus*: Vel, colluantur os & dentes *lacte calido*, hoc enim lentore & viſciditate ſua dentes tuetur.

Deinde

Deinde *Decoctum Quajaci* modice *miſceatur tum aqua roſarum & ſucco plantaginis, vinoque auſtero*, quo colluatur os.

Vel ℞. *Radic. biſtort.*
fol. ſalv.
fl. balauſt.
nuc. cupreſſ.
cortic. mediaſt. prun. ſylv.
maſtich. aa. ℥ß.

Coque cum *vino auſtero*, & adde *mellis ſquillit.* pro lubitu, cumque hoc fiat oris collutio.

Vel fiat *Tinctura ex terra catechu*, cum *aqua lapid. medicamentoſi* vel, Tinctura Laccæ; vel ſume *Tinct. terræ catechu* p. j. *Tinct. gummi Laccæ* p. ij. ms. vel miſce *Tinctur. terræ catechu*, vel etiã *pulverem catechu*, cum *melle roſato vel ſquillitico*, & in vacillatione & caſu dentium habebis medicinam haud ſpernendam.

Si accedat fœtor oris, maximum uſum habent *rotulæ catechu cachunde* dictæ.

Bubones.

Quando oriuntur, ad ſuppurationem ducantur, ſin poſſint, neceſſario molliantur & evacuentur per eam partem quæ evacuationi commoda eſt, ſcilicet per ſalivationem, ſudorem, alvum, &c.

Si vero motus naturæ non ſatis efficax, adjuvetur.

Si tumor adeſt, promoveatur ſuppuratio, quæ ſin

ſin ex toto fiat, expedit apoſtema maturum aperire, & diu apertum ſervare, ut perfecta fiat curatio.

Bubones ſunt vel communes, ex laboribus, ulceribus, venenis: vel Gallici.

Vel antecedentes, vel ſequentes.

Antecedentes ob vires & facultates vitales fortes, ſequentes ob cauſæ mali volatilis ad glandulas attractionem.

Diſcernuntur à ſcrophulis, quæ vel rariſſime, vel nunquam generantur circa inguina.

In Curatione.

Abſtinendum à repellentibus, & ſi ſufficiens eſt naturæ excretio, purgatio & V.S. vitentur, ſin minus, omnis generis attractiva proſunt, v.g. ſeq. Empl. quod ſingulis ſex horis renovetur, quo optime emolliat, ut bubo aperiri poſſit vel lanceta vel cauterio potentiali.

℞. *Gummi ammon.*
galban. aa ℥iiij.
Solve *aceto*, exprime & coagula; adde
thereb. ℥ ß.
balſ.♀. Ruland. ℥j.
Empl. diachyl. ſimpl.
de meliloto. aa ℥iiß.
ceræ. ℥ij.
ms. f. Empl.

Si bubo deſiſtat & decreſcat, ſitque contumax, V.S. & purgatio concedatur ad evacuationem

nem humorum, vel nimis affluentium, vel recurrentium.

Aperientia tamen quo citius, eo melius in uſum ducantur, non tamen plane crudi, ſed ſemimaturi aperiantur, vel cauſticis, quæ ex mente Fallopii latius aperiunt, & tumorem frigidum penetrantius calefaciunt; vel ferro.

Aperto vero ulceri imponenda therebintina lota ex Decocto quajaci, cum melle ad prunitatem cocto.

Ulcus eluatur *Decocto quajaci,* &c. & ultimo cum *Empl. Oppodeldoch.* ad ſanationem perducatur.

Exercitia remorantur bubones ut tardius propellantur.

Conſiderandus item dolor venit ubi Empl. mitigativa imponantur, vel cataplasmata ſpecificis, ut Decocto quajaci commixta v. gr.

℞. *Fol. malv.* m. j.
farini. alth.
fænugraci. aa. ℥ij.
axung. anat.
olei anethi. aa. ℥j.

Coque ex Decocto quajaci in formam cataplasmatis.

Ut brevibus contraham, in bubone venereo nec venam ſecare, nec corpus purgare licet, quamdiu externis remediis curari poſſe ſpes ulla ſupereſt, ne humores maligni à natura ejiciendi,

 ad

ad interiora retrahantur, ſed ſuppuratio omni arte & ſtudio procuretur, ſuppuratusque bubo illico, materiâ etiam ſemicoctâ aperiatur. Si fuerit pertinax, qualis fere ſemper ſolet eſſe, attrahentia applicentur, inprimis cucurbitulæ, ut virus gallicum extrahatur, nec recurrat, & totum corpus afficatur lue, & ſi bene proceſſeris, ab omni luis venereæ periculo liberabis hominem.

His vero omnibus nihil efficientibus, cum tota maſſa ſanguinea infecta exiſtit, inſtituatur integra Cura vel per Decoctum lignorum, vel per ſalivationem, adhibito ſæpius Decocto ſeq. purgante, vel alio.

℞. *Radic. chinæ.*
ſarſæparill. aa. ℥iiij.
polipod. q ℥j.
Fol. ſenn. el. ℥ij.
jalapp. nigr. reſinos. ℥j.
cinam. ʒiij.

Per horas 24. tepide infuſa coquantur, & expreſſioni ℔vj. adde
Syr. de cichor. cum rhab. ℥iiij.

ms. Doſis ℥vj. ad viij. reiteratis vicibus.

Si deſideretur delicatior formula, pervolve caput de purgantibus. Non magnus mihi inter ea eſt delectus, cum elective purgantia à recentioribus non amplius elective ſumantur, more plane Galenico: dummodo nactus fuerim delicatius quoddam purgans, operationem ex voto

voto perficiens, nec adverſum adeò naturæ aut nauſeoſum.

Gummata Tophi.
Speck und Lähm-Bäulen.

Sunt tumores duriores nodoſi à particulis terreſtrioribus, ſalis expertibus, & hinc absq; corroſione, ut plurimum in fronte, circa brachia &c. orti, inſtar gummi arboribus innati & indurati, à materia medulloſa & unctuoſa oſſium exſudata.

Interdum molliores ſunt, & continent materiam ſimilem lardo, ſevo, vel pulti.

Diſcernuntur à vulgaribus interdum dutirie, accedunt enim plerumq; ad duritiem tophi inſtar.

Vel præcedentibus ſignis Gallicis, vel doloribꝰ gravibus nocturno inprimis tempore, quia noctu conſtringuntur pori, qui interdiu magis patent. *Nonnulli hanc doloris nocturni cauſam humoribus attribuebant*, pituitam enim & Melancholiam noctu potius graſſari phantaſtice putabant, *ſed cauſa utplurimum eſt ſenſuum ab aliis objectis abſtractio.*

In curatione

Rarò aperiendi ſunt tophi, præprimis ſi aut os aut caro excreſcat, quicquid enim intus turget, loco aperto luxuriat & prorumpit magis, & inde fit ſæpiſſimè caries in oſſibus.

Nondum inveterati tophi vel gummata utplurimum curantur per curam lignorum, vel ſalivationem, ubi nonnulli ſarſaparillam quajaco præferunt, utpote vi majori præditam ad tophos reſolvendos.

Meliceridès ſive tumores molliores, materiam ſebaceam, pultaceam continentes, rarò curantur ſine apertura. In genere tamen primo adhibeantur purgantia, præprimis ſi materia affluat, quâ evacuatâ, tentetur diſcuſſio per Empl. Diaphoretica, ut oxycroceũ &c. vel potius per cataplaſmata emollientia, aut altheæ, melitoti, chamomillæ Decoctum &c. Ubi etiam laudatur oſſis pernæ ſalitæ, & ſuper craticulam toſtæ medulla expreſſa, vel oleum ſcorpionum, aut viperinum, ex. viperis vivis cum oleo olivar. diebus canicularibus inſolatis, quod item leproſis prodeſt.

Hinc apponatur Empl. Diaphoreticum, vel oxycroceum, vel meliloti.

Vel. ℞. *Empl. diaphoret.*
meliloti. aa. ℥ß.
vigonis cum duplo. ☿. ℥iß.
miſce cum *ſpiritu circulato.*

Quod in antiquiſſima lue etiam præſtantiſſimum eſt. *Spiritum & oleum circulatum vide ſupra de arthriticis.*

Vel ℞ *Maſtich. el.*
thuris maſcul. aa. ℥ij.
ladani. ℥ß.

☿ *viv*

☿ *vivi therebint. extinct.* ℥j.
♁. *crudi.* ʒiij.
opii. ℈j.
ceræ & thereb. q. ſ.
ms. f. Emplaſtrum.
Vel. ℞. *ſucci ſemper vivi.*
bioſciami. aa. ℈ij.
Axung. human. ℈iij.
🜕 *lilior. alb.*
chamomill. aa. ℈ij.
Coque ad ſuccorum conſumptionem, tunc adde
☿. *ſublimati.* ʒj. ℈j.
ſaponis venet. ʒij.
♁. *crudi.* ʒiij.
mumiæ.
opii. aa. ʒj.
Ladani & ceræ. q. ſ.
ms. fiat ſ. a. Emplaſtrum.

Nota hic, quod oſſa, medicamēta pinguia & oleoſa perferre non poſſint, niſi vel ſumme exſiccantia ſint, vel ope deſtillationis omnem unctuoſitatem amiſerint. Barbettus.

Si vero materia in Tophos ſit converſa, laudatur cataplaſma expertum Galeni, ex caſeo antiquo putrido, cum Decocto pernæ ſuillæ fumatæ: vel hoc:

℞. *Sem. ſinapi horis 24. macerat. & contuſi.* ℥ij.
rad. bryon. contus. ℥ij.
ſigilli Mariæ crud. ℥vj.

croci. ʒß.
axung. proci vetuſtæ ad pondus omnium.
F. cataplaſma.
Vel, ℞. *Radic. ſymphiti maj.* q. ſ.
cum urina, fiat cataplaſma.

Eſt anodinum, emolliendi ſummam vim habens.

Ad ſcirrhos lienis abſolutiſſimum eſt, ſi *raſura bryon*, & *naſturtium aquaticum cum butyro* recenti fricaſſentur, & cum *reſina pini* quaſi in Emplaſtrum redigantur.

Vltimo, omnibus nihil efficientibus, accedendum ad aperturam per veſicatoria, aut cauteria, aut ferrum.

Verrucæ.

Sunt puſtulæ innumeræ duræ ut cornu, quædam ſeſſiles, quædam non: hæ ſerico ligari poſſunt, vel pilo equino, vel filo arſenicali, quod tamen propter dolores graves caute adhibendum.

Poſtea radici proſpiciendum: ſi ſint ſeſſiles, nec poſſint ligari, utendum ammoniaco cum aceto deſtill. poſtea accedendum ad præcipitatum, ſquamam æris &c. vel ad *aquam aluminoſam Fallopii*, ex alumine & ſublimato, vel aliam cauſticam. Item Empl. ſeq. expertum cujusdam chirurgi.

℞. *Gummi ammon. aceto ſoluti, colati.* ʒiß.
virid. æris. ʒj.
coque lento igne ad ſpiſſitudinem, adde

cranii

cranii humani calcinati. ℥iß.
pulv. ariſtoloch. rot. ʒß.
ms. fiat Empl.

Vulgares verrucæ feliciter extirpantur tactu *Aq. fortis* aut *ſpir. Nitri*, poſtea inunctæ *ſucco flor. vel fructuum tiliæ*, quod eas plane tollit, vel, *oleo ſtill. juniperi &c.*

Puſtulæ.

Oriuntur à materia maligna ſuperflua, tenuiore & volatiliore, itaq; ex abundantia acidi corrupti, vel, volatilioris vel fixioris, aut pituita acida, vel bile acida.

Sæpiſſime adhucdum oriuntur, etſi corpus videatur purgatum.

Quædam ſunt ſine cruſta, ut elevetur tantum cutis, uti in omni exanthemate fieri ſolet.

Quædam cum cruſta, quædam longæ, quædam latæ, rotundæ &c. in medio albæ, quaſi carne ſuilla obductæ: cruſtoſæ inſtar cornu, quædam continent ſaniem albam, craſſam, vel tenuem.

Diſcernuntur à morbillis, quia in illis eſt febris acuta, à leproſorum puſtulis & ab aliis, ab intemperie Hepatis oriundis, ſi in eodem ſtatu maneant, tunc enim Gallicæ ſunt. Secus ſi fricatæ vel tactæ evaneſcunt.

Vel ſunt in ore, vel faucibus, vel capite, vel toto corpore.

In Curatione

Puſtularum oris prodeſt Decoctum ſcabioſæ, cum ſero lactis & pauco alumine, ſi levis ſit excoriatio, & puſtulæ mitiores.

Vel, ſume aquæ roſar. plantag, cum parũ aquæ aluminoſæ Fallopii, ſed cave ne in fauces illabatur.

Commendatur item aqua viridis Hartmanni capite de Ozæna deſcripta.

Aqua Aluminoſa Fallopii.

℞. ☿. *ſublimati ſubtiliſs pulv.*
aluminis. aa. ℥ij.
Aquæ plantag.
roſar. aa. ℔ß.

Coque ad dimidias, fiat reſidentia in quiete per 5. dies, tunc quod clarum, decantetur & ſervetur, hæc omnem paginam abſolvet, ſi cautè eâ tangantur puſtulæ, vel aliis remixta applicetur. Laudatur quoq; hoc:

℞. *Axung. porci absq; igne per ſetaceum expreſſæ.* ℔ß.
☿. *vivi.* ℥iiij.
thuris. ʒvj.
ceruſſ. ʒij.
lithargyr. ℥ß.

ms. pro unguento. Eſt præſtantiſſimum, tam ad ſalivationem quam ad puſtulas.

Si puſtulæ ſint duræ, addantur *axung. caprin. gallin.*

gallin. ol. lilior. alb. &c. ſi dolorificæ, ☿ius extinguatur in therebintina.

Vel item ℞. *ung. roſac.* ℥j.
☿. *vivi.* ʒij.
miſce & tere quam optime.

Ad veſtigiorum ablationem laudatur *ung. aureum, cum ☿. præcipitato viridi, & cum ♀e opt. trito. &c.*

Caries Penis,

Ejusdemq; inflammatio & puſtulæ, vel ulcuſcula,

Oriuntur ex attritione coitus cum infecta, ita enim miaſmata poros apertos ex calore penetrant & concitata fermentatione hæc ulcera proferunt.

Ubi puſtulæ parvæ, eſt prima ſpecies, ubi majora ulcera, ſecunda, & ubi cum calloſis labiis ſerpit, peſſima eſt.

In Curatione,

Univerſalibus præmiſſis deveniendum ad alexipharmaca hujus luis, mitiſſima tamen propter partem hanc nobilem, molliorem & delicatiorem.

Ad ſimplicem cariem maximè convenit hoc:

℞. *Aqua calcis vivæ.* ℥vj.
plantag.
ſolani. aa. ℥j.

mſ. S. äuſſerlich umbſchlag-Waſſer. Si adeſt calor & ardor, adde huic *ſacchari ſaturni* ℨj. vel ij.

Si ſit propter attritionem in ſinu muliebri, præſtat hoc:

℞. *mucilag. ſem. pſillii* cum aqua roſar. ℥iij.
album. ovi. no. j.
ſucci cancror. ℥j.
opii. ʒß.

mſ.

Si Gallica ſit caries, puſtulæ ſunt deformes, in circumferentia calloſa, & excrementa fœtida effluunt.

Tunc in leni pruritu penis, fiat *Decoctum ex aqua plantag. ſolani, cum lithargyrio & myrrha,* & fiat lavamentum. Vel ſi ſolidiora ſunt ulcera, fiat *Decoctum ex rad. ariſtoloch. rot. cum ſaccharo candi & vino,* cum quo eluantur ulcera.

Poſtea aſpergantur pulveres ſiccantes mitiores, ut cineres anethi, vel ſi opus, fortiores ut thus & myrrha.

Si ad oſſa pertingit caries, caveatur ab omnibus pinguibus, & utatur ung. mundificativ. l. & ſi ulcus malignum, adde præcipitat. vigonis.

Ad ſiccandum maximè convenit mumia mineralis Poterii, cum Merc. primum leni, poſt fortiori, igne diuturnitate temporis in pulverem rubr. redacta, vel etiam ceruſſa antimon.

Si in ſinu Muliebri ſit caries vel puſtulæ, abluatur Decocto ſeq.

℞. *lign.*

℞. *lign. guajac. cum cortic.* ℥ij.
myrrhæ. ℥ij.
aquæ plantag. chalybeat. ℔ij.

Coque ſ.a. & immitte, vel *inunge Balſamo ſulph. Rulandi*, poſtea cum goſſipio excipiantur pulveres *eboris combuſti, ſquam. æris, croci Mart. & cum melle roſato* vel *ſyr. myrtino* fiant peſſalia, ut cicatrix inducatur.

Si tumor præputii oriatur cum dolore; interdum enim à veneno luis hauſto poſt coitum cum impurâ, ita intumeſcit, ut vel plane non, vel tamen maximo cum dolore vix poſſit retrahi;

Tunc ℞. *Vitelli ovi.* no. ij.
lactis dulcis calid. ℔j.
croci. ℈j.

ms. & cum hoc fomentetur vel imponatur virga, vel cum ſyphone injiciatur, hoc facto applicetur cataplaſma hoc:

℞. *herb. malvæ.*
violar.
altheæ.
plantag. aa.

ms. & coque cum lacte & applica.

Omnibus his nihil efficientibus, & ſi morbus ſit inveteratus, curatio inſtituenda per ung. Mercuriale, vel Decoctum lignorum.

Si Caries penis ſit interna, ex gonorrhæa virulenta orta, injiciatur Decoctum anodinum cum quajaco, chamomilla, althæa; fænugræco, & lacte factum, calidè, & hoc ſæpius. In tempore enim occur-

occurrendum huic malo, ne ad interiora ſerpat, & vel veſica, vel peritonæũ perforetur. Sin rectè enim curetur oriuntur carunculæ urinam impedientes.

Hæ antequam perfectè generentur Decoctis vulnerariis antivenereis mixtis, præcaveantur, vel ſeq. unguentum cereæ candelæ illinatur, & in urethram mittatur, bis terve quovis die renovãdo, donec mundificatio abſoluta. v. g.

℞. *lithargyr. aur.*
flor. ſulph. aa. ℥iij.
thut. præp. ℥ij.
minii. ℥ß.
ung. Aegyptiac. ℥j.
mellis roſat. q. ſ.
ms. fiat unguentum.

Si fortius deſideres, adde Merc. præcip. optimi. q. ſ.

Conſolidatio vero nullo remedio melius perficitur quam Mercurii, & Saturni amalgamate, cum ung. diapompholigos mixto, cereæ candelæ inuncto, & urethræ dicto modo immiſſo.

Si ulcera ſint in ſinu muliebri, ſive collo uteri, etiam levia, curam difficilem reddunt, & ſi negligentius tractentur, prava inducunt ſymptomata, imò ipſam gangrænam.

Si ſuperficiaria ſint inſtar cariei, confert *ung. diapompholigos*, vel *unguentum roſatum cum Mercurio dulci.*

Si ſint profundiora, proſunt *injectiones ex Decocto*

cocto quajaci. cum aqua ſolani, plantag. aloes, cum pauco alumine &c.

Si ſint ſordida, requiruntur abſtergentia, ut Ægyptiacum, vel ung. mundificativũ compoſitum, cum Merc. præcip. ſed caute agendum.

Injectionibus poſſunt addi *mucilagines radic. alth. conſolid. maj. ſem. lini, pſillii, cidoniorum &c.*

Sic & hoc lavamentum optimum ſemper & expertum fuit inventum.

℞. *ſarſæparill.*
ſaſſafras. aa. ℥ij.
lign. quajac. ℥iß.
cortic. ligni quajac. ℥vj.

Infunde per noctem in ℔x. *aquæ font.* mane coquatur ad tertias, colaturæ adde
Vitrioli ad rubed. calcin. ℥iß.
Tart. calcinati.
tutiæ præp. aa. ʒvj.
ſpir. vini. ℥iiij.

Stent in infuſione in loco calido, quotidie agitentur. Si ſit nimis debile, decoquatur ulterius: Si verò fortius ſit, plus Decocti addatur, & ſervetur pro uſu.

In ani ulceribus,

Etiam hoc modò deſcriptum maximè convenit, item ung. mundificativum ſimplex & compoſitum.

Ad conſolidandum convenit ſupra

dictum

dictum, ex amalgamate Merc. & Satur. cum ung. de minio &c. quod omnem paginam abſolvit.

Hæc vero omnia adhibenda ſunt tempore curæ internæ.

Si Inflammatio ulceribus juncta ſit, optimè convenit *aqua calc. viv. cum Merc. dulci* v. g. ad aquæ ℔j. Merc. dulcis. ʒj. in his probe coctis lintea quadruplicata applicentur.

Confert quoq; Decoctum contra eryſipelata, ex *thure*, *myrrha* in *aceto ſambucino* cocta, & cum *ſacchro Saturn.* & *Nitro* præparato mixta.

Si caries ad os penetraverit, radendum vel terebrandum, ubi quoq; conducunt *butyrum* antimon. vel aq. Merc. *ſublimati* cum *ſyr. roſar.* mixta. Admota hâc mixturâ erumpit ſpuma quaſi alba, poſtea caro carioſa à ſana poteſt diſtingui, & tunc optime addi poteſt oleum cinamomi. *Vide plura de gangrana.*

Ulcera narium & faucium.

e corroſivum ſemper junctum habent, *hic enim morbus hiſce inprimis infectus eſt, ut ſcorbutus dentibus.*

Conducunt pleraque quæ de puſtulis dicta ſunt, imprimis *aqua aluminoſa Fallopii*, cum qua tangenda.

Vel ℞. *AErug. æris.* ʒj.
auripigm. ʒiß.
vini albi. ℥iiij.

Coque

Coque ad dimidias, refrigeratis adde

aquæ roſarum, ſolani. aa.℥ij.

Penicillo madefacto hoc tangantur ulcera.

Tres vero Tincturæ ſequentes ſpecifice adhiberi poſſunt. v.g.

℞. *☿ dulcis.* ʒj.
⊖ is ♀i. ℥ß.
extr. tormentill. ℈j.
flor. balauſtr. ℥ß.
ſpir. alum. vini. aa.℥ij.
aquæ plantag. perſicar. aa.℥iiij.
extract. ſaniculæ. ℈ij.

Digere, & penicillo madefacto, ulceribus faucium, ac aliis applicu.

Vel ℞. *○ crudi.*
ſalis ♀i.
ſacchari. aa.q.ſ.

Deſtilla per Retortam.

Vel ℞. *♀i calcinati.*
☿ ſublimati. aa.ʒj.
ſacchari ♄ni. ℥ß.
rad. tormentill. ʒij.
flor. balauſt. ʒiij.
ſpir. vini. ℔j.

Stent in digeſtione per biduum, cola per chartam cautiſſimè, & ut præcedentia applica.

De Gingivarum ulceribus,

Vide §. *DE CASV DENTIVM*, ubi *Terra catechu*

chu extracta, vel ejus *Tinctura* cum *melle roſato*, mixta, aut rob diamoron maximè valet, mundificat, adſtringit, & conſolidat.

Rhagades, Schrunden/

Fiunt in labiis, papillis mammarum, manibus, pedibus, præputio, vulva.

Interdum præputium eſt malum ad 40. annos.

In his maxime convenit *Decoctum guajac. cum rad. alth. malv.* ♂ ♀ *i*, ad acred. mixtum, item alia appropriata ad ulceta.

Si ſint rebelles, appropriatis addatur aliquid ☿ *vivi*, aut ☿ *dulcis, ut in ſcabie*.

Quibus neceſſario exeundum, illis paramus ſoleas ex *gummi ammon. galbano, maſtich. ceruſſa*, cum oleis v.g. *circulato*, &c. hoc vel tale corio applicabili inducitur, & imponitur calceis.

Suffimentum ex *Decocto ſabinæ eſt experimentum ſcortorum*.

Si locus ubi rhagades ſunt, ita comparatus ſit, ut poſſint imponi cucurbitulæ, ſcarificetur locus optime, & ſanguis extrahatur quoad poſſibile, poſtea fomentetur locus. ſeq v.gr.

℞. *caput vervecis.*
rad. alth.
herb. malv. aa. m. ij.
farin. fænugræc. ℥ iiij.

Coque cum ſ.q. aquæ, & hoc Decocto locus fomentetur optime; dann beſchneidet man die

Schwü-

Schwülen mit einem Scheermeſſer/und applicirt folgendes.v.gt.

℞. *Vng.roſat.* ℥i.
ſævi cervini.
butyri recent. aa.℥ß.
☿ *ſublimat.* ʒiß.
cerußæ. ʒiij.

Miſce optime,& bene tere,ac applica.

Dolores Capitis Membrorum, &c.

Noctu magis excruciantes, finita cura per ſe cedere debent, nec alia methodo, niſi curâ legitimè inſtitutâ cedunt: ſi tamen demulcentibus opus, fiat *Decoctum ex flor.chamomill.ſalviæ,roris-marin.menth.* aa. m. j. cum vino, in hoc madefiat *ſacculus furfure repletus*, qui expreſſus applicetur partibus dolentibus.

Si calor & inflammatio metuatur,

℞. *ſucci plantag.* ℥ij.
olei roſacei. ℥j.
album.ovor. no.iij.

ms.& illine, vel illinatur oleum ſcorpionum, viperinum,& alia reſolventia & anodyna, qualia *vide de arthriticis.*

In Tinnitu aurium.

Laudatur *oleum deſtill. guajaci*, cum oleo *amygd.amararum*,&c. vix tamen cedent, niſi lues debelletur, alias vide plura generoſiora in Oticis.

Gonorrhæa.

Seminis corrupti continuus effluxus, ſtatim fit à coitu cum ardore & inflatione, primo mediocri, poſt fortiori, eroſione item præputii, & carie penis.

Primo exquiſite purgetur corpus, poſtea ſi opus vena ſecetur, & tunc injiciatur ſæpius Decoctum ex *ligno quaj. fl. chamomill. meliloti*, &c. *cum lacte* factum calide: poſtea ſumantur quotidie medicamenta ex therebintina v. g. ſpiritus, Balſamus, &c.

Pro potu ordinario bibat per dies aliquot Decoctum ligni quajaci, ſaſſafras, & ſarſæparillæ.

Alias ſi Gonorrhæa non ſit Gallica, vel ſaltem levis,

℞. *Radic. conſolid. maj.*
liquirit. aa. ℥iij.
ſem. plantag.
portulac. aa. ℥ ß.
amygd. d. excort.
pinear. recent. non rancid.
glandium pulv. aa. ℥j.
gran. alkeken. ℥ß.
oculor. 69.
ſuccini albi. aa. ℥iij.
ſucci liquirit. ℥ß.
thereb. cocta & pulv. ℥iij.
Sacchar. in aq. roſarum & plantag. ſolut. q. ſ. f. ſ. a. Mor-

a. Morſelli pondere ℨij. de quibus ſumatur mane & veſperi una vel altera, & ſuperbibatur Emulſio ſeq. v. gr.

℞. *Decocti C. C.*
quajaci. aa. ℔j.
amygd. d. excort.
pinearum recent. aa. ℥ij.
ſem. melon. ℥ß.

Fiat ſ. a. Emulſio, edulcoretur *Man. Chriſti*, ſimpl. vel perlatis.

Pro confortandis vaſis ſpermaticis.

℞. *ſyr. corallor. r.*
de ſymphit.
veronic. aa. ℥j.
aq. plantag. ℔ß. ms.

Davon ein paar Stund auff die Morſellen allezeit 4. Löffel genommen. Hæc Cura fuit præſcripta Illuſtri Perſonæ.

Si vero nec gonorrhæa nec dolor ceſſent, ad injectiones properandum, ubi inter alia hæc excellunt, v. gr. ſi dolores excrucient ægrum,

℞. *aquæ roſarum.*
portulac.
ſolani. aa. q. ſ.

Cum his extrahatur *mucilago ex radic. alth. ſemine cydon. lini*, &c. *vel* in horum defectu *ſolum lac calidum* injiciatur. Virga externe inungatur Unguento alabaſtrino, vel infrigidante Galeni cum modico camphoræ.

Vel injiciatur Decoctum quajaci cum modico Unguenti ægyptiaci, præſertim ſi exulceratio, & caruncul æ timeantur. Et tunc ſi carunculæ in virga oriantur, ut jam, & ſupra in carie penis dictum, procede, ubi etiam cereæ candelæ maxime laudantur.

℞. *Ceræ alb.* p.iij.
æruginis.
☿ *præcip.* p.j.
therebint. p.ij.

Darauß mache Liechtlein & applica: vel præcipitatus Mercurius miſceatur cum cera & therebintina, in formam Emplaſtri, & hoc inungatur cerea candela ſaltem illo in loco, ubi carunculæ applicari poſſe putatur, in imponenda enim illa diligenter obſerva, ut ſaltem tangatur locus carunculæ abſumendæ, quâ abſumptâ, locus exulceratus conſolidetur, ut ſupra ſufficiẽter dictum.

In genere tamen hic obſerva, quod gonorrhæa virulenta, raro, niſi integra inſtituatur cura, ceſſet: ad quod ante alia laudatur ☿ius *præcipitatus viridis*, legitime elaboratus, & juſta doſi cum therebintina & ovo ſorbili exhibitus aliquoties, ubi tamen primo augeri fluxus deprehendetur, non terrearis, mox enim purulentâ materiâ ex fundo eductâ feliciter curam perficiet.

Defluvium Pilorum,

In noſtris oris hâc lue infectis raro accidit, in Italia

Italia vero frequentius ; oritur à corruptione & depravatione nutrimenti.

Ab adſtringentibus caveatur, ne dolores capitis exſuſcitentur.

Laudatur valde ☍ ex favis mellis deſtillatum, mixtum cum oleo ovorum, & pauco oleo deſtillato cariophyllorum.

In Scabie & Impetigine,

℞. *☿. vivi.* ℥j.
Vng. roſat. vel pomati vel citrat. ℥j.
Agitentur perfecte: tunc adde
Borracis. ℥ß.
ſacchari candi. ℥j.
ſapon. venet. ℥ij.
☍ ♀i. ℥ij.

Cum olei roſac. q. ſ. fiat Linimentum: poteſt quoque optime addi *ung. de ceruſſa, & ſuccus limonum* pro lubitu.

In ſummo pruritu poteſt addi *oleum ſeminis hyoſciami* expreſſum, &c.

Finita nunc integrâ curâ, ſymptomatibusque omnibus abactis, & ſi curatio ex Mercurio fuerit inſtituta : Nonnulli maximopere extollunt hoc, ſi ad reſiduas ☿ii particulas, in viſcerum & aliorum latebras ſubductas exhibeatur Aurum *optimè, & Angeli Salæ more*, præparatum, *quod in Auri Anatome*

 vide:

vide: vel etiam Aurum fulminans *quodammodo per acida correctum: per hoc enim, utpote Mercurii Magnetem, eundem è corpore, etiam profunde latitantem, per inferiora veriſſime educi vere credunt.*

Ultimo, & in genere omnibus Antivenereis fruſtra adhibitis, nec in mundo ullâ Medicinâ ad inveteratiſſimam luem reperibili, eò labora, ut tibi acquiras Mercurium Helmontii Diaphoreticum, *& habebis Medicinam quæ te nobilitabit, cum quo admiranda ſpecimina & experimenta in hac lue & aliis, patrabis, de quo dictus Helmont. in ſuis operibus recenſet Hiſtoriam à ſe curatæ perſonæ, alterâ ſaltem adhibitione Mercurii hujus Diaphoretici, quæ adeò fœdata, nec ullâ Medicina in mundo curabilis, ceu beſtia ab hominum aliorum conſortio ejecta, intra 14. dies integre convaluerit.*

Hunc dico quærite, hunc elaborate Mercurium diaphoreticum, non vero per ſpiritum Vitrioli, etſi ſumme rectificatum, nec per alia acida, ſed per liquamen cupri volatile, coloris viri-

viridis, & ita per Ens Veneris, non per aurum, non aliud &c. experto quodammodo credite.

CAPUT XXVII.

Vom tollen Hunds-Biß.

Dieſes iſt eine gar gefährliche Sach / dardurch die Leut bald raſend werden / daher man nicht lang mit der Chur verziehen ſoll. Si enim legitima auxilia primis diebus fuerint intermiſſa, nil poſtea efficies.

Fabricius Hildanus narrat hiſtorias à ſe curatorum: Adoleſcens quidam prope cubitum dextrum à cane rabido vulnus accepit, tum præparatis omnibus ſic proceſſi:

Primo morſum ſcalpello ſcarificavi, cucurbitulamq; cum multa flamma appoſui, & quantum fieri potuit, ſanguinem extraxi.

Deinde totum brachium poſca, in quâ diſſoluta erat theriaca parumq; ſalis marini, ablui. Saliva enim canis rabidi in parte aliquâ cutis exſiccata, niſi maturè & diligenter abluta & abſterſa fuerit, rabiem excitare potens eſt. Poſtea cauterio actuali morſum undiq; ac profunde inuſſi.

Hic monitos velim tyrones Chirurgos, ut diligenter proſpiciant, ne nimis leviter & ſuperficialiter

 cialiter

cialiter inurant hujusmodi morſus, ſed ut potius in exceſſu quam defectu peccent.

Audacter itaq; atq; ſatis altè, ſi pars affecta conſentit, imprimendum eſt cauterium, quo virus eo melius conſumatur in parte affecta, & ulcus diutius poſſit apertum ſervari, quo particula veneni, ſi adhuc hæreat, extrahi ſucceſſu temporis poſſit.

Tum ad eſcharam promovendam non utor unctuoſis, veluti butyro, oleo & ſimilibus, quæ exhalationem veneni impediunt, minus refrigerantibus & repellentibus, quæ venenum repellunt. Et quia omnis dolor ad ſe attrahit ſanguinem & humores ex corpore, ideò prodeſt dolor hujusmodi ulceribus, dummodo levis fuerit.

Itaq; poſt inuſtionem vulneri impoſui goſſipium madefactum aquâ vitæ, in quâ diſſoluta erat Theriaca, poſtea ſequens Empl. ſupra linteum extenſum applicui.

℞. *Cæpar. ſub cineribus* aliquantulum coct.
Fermenti,
farin. ſinapi, aa. ℥j.
theriac. ʒß.
Fol. ruthæ. ſcord. aa. mß.

miſceantur in mortario, addendo parũ mellis, & in linteo, ut dictum, extenſum applicavi.

Sequenti die ſcalpello eſcharam undiq;, quantum fieri potuit, incidi, deinde jam memorata medicamenta applicui, atq; ſic ad caſum eſcharæ usq; proceſſi.

Poſtea

Poſtea ne labia ulceris coaleſcerent, bis in die piſum impoſui, quemadmodum fit in fonticulis, & præſcriptum Empl. applicui, atq; hoc modo ulcus ad menſes tres apertum retinui. Interim tamẽ per intervalla ſingulis ſcil. hebdomadibus, bis terve ulceri ſequentem pulv. inſperſi.

℞. *pulv. præcipitati.*
lapidis Bezoar.
pulv. radic. Angelic. aa. ℈j. mſ.

Mirificè enim malignitatẽ ad ſe ex profundo attrahit, & veneno reſiſtit.

Per os exhibui ſæpius Alexipharmaca, velut *Theriacam, Mithridatium, CC. uſtum, & lapidem Bezoar.*

NB. Venam non incidi, neq; pharmacum ſolutivum exhibui, ne venenum ab externis ad interiora traherem, & hoc modo Divino Numine multos curavi.

CAPUT XXVIII.

Modus balſamandi defunctorum Corpora.

1. Chirurgus ſive Medicus ante actum perpendat, quando illum aggredi debeat.
2. Quo in loco cadaver reponendum.
3. Quæ in promptu habenda.
4. Quomodo ſe & miniſtros ſuos, nec non

adſtantes præſervare debeant, quo minus tetris & malignis cadaveris halitibus inficiantur, eo maxime tempore, quo peſtiferæ luis ſeminaria graſſantur, aut homo, cujus cadaver condiendum, morbo contagioſo, venenatoque extinctus eſt.

2. Obſervetur tempus quo Balſamatio peragenda, eſt autem tempus quando dies naturalis præteriit, hoc eſt, cum jam 24. horæ ſunt prærerlapſæ, tunc enim corpus non amplius calet, neque ulla ſubeſt ſuſpicio; vitentur quoque calumniæ naſutulorum, qui opinantur indignum eſſe & inhoneſtum, ſi defuncti corpus præpropere & præcociter aperiatur.

3. Locus in quo feralis ſuſcipienda inunctio, neque calidus, neque humidus eſſe debet, ſed ſi fieri poſſet, liber, apertus, ventis perflatus & frigidus, ſic namque minori cum moleſtia actus balſamationis peragetur, & cadaver non ita ſtatim fœtebit. Fœtebit autem ſi locus undique fuerit clauſus, & ſi circumfuſus aër calidus.

4. Res quæ in promptu habendæ, variæ ſunt, ut

1. Inſtrumenta, cultelli, ſerra, malleus, acus, fila.

2. Materia medica quâ funus foris abluendum, & in quâ idem macerandum, ut aqua ſalſa, lixivium, acetum acerrimum ℔ viij. aut x. ſpir. vini ℔ vj. vel viij.

3. *Qua*

3. Qua abſtergendum, eluendum, & ſiccandum, ut ſpongiæ magnæ. no. ij. vel iij. linteamina ut puppæ cannabinæ, vel goſſipii ℔ viij. vel x.

4. Quæ infricanda, ut pulv. Magiſttalis aromat.

5. Quæ foris illinenda.

6. Linteamina quo cadaver poſt condituram immediate involvendum.

7. Cerata tela, quâ poſtea excipiendum.

8. Chordæ, quibus tegumenta hæcce cadaveri alliganda.

9. Pheretrum, quod vel ex ligno quercino, vel ex cupro, vel ex ſtanno, vel ex plumbo factum.

10. Flores & herbæ, fragrantem odorem ſpirantes, quæ in pheretrum conjiciendæ.

11. Vaſa fictilia vel lignea, tanquam viſcerum, inteſtinorum, & relectarum particularum receptacula, quæ tamen & ipſæ poſtmodum peculiariter condiendæ terræque mandandæ.

5. Ne vero diſſector ejusque miniſtri & adſtantes à tetro halitu è cadavere expirante offendantur, ea in procinctu eſſe debent, quæ vel comeduntur, vel in ore detinentur, vel naribus admoventur, vel quibus aër conclavis, in quo conditura celebratur, perfunditur.

In

In ipſa actus adminiſtratione ſic procedendum.

1. Venter imus ſecundum longum & latum ſive transverſum incidatur.

2. Interanea omnia, ut ventriculus, inteſtina, omentum, hepar, lien, renes, veſica, uterus, meſenterium eximantur.

3. Cavitas capitis aqua ſalſa, aceto forti, vinoque ardenti mundificanda, & ſpongiis abſtergenda.

4. Faldellis cannabinis, vino ardenti rigatis, quibus pulv. Magiſtralis inſperſus, cavitas implenda.

5. Plagæ inflictæ conſuendæ, quo vero diutius cadaver à putredine præcaveatur, conſultum videtur, ut & muſculoſis partibus, nimirum dorſo & artubus, tum ſuperioribus tum inferioribus, proſpiciatur: Itaque

1. Partes iſtæ ſecundum longitudinem incidendæ ſunt profundè.

2. Sanguis qui facile corrumpitur, & putredini occaſionem præbet, exprimendus, ibi maxime ubi vaſa majora latent.

3. Inciſura aceto vel ſpir. vini eluenda.

4. Pulvis Magiſtralis inſpergendus.

5. Plagæ inflictæ conſuendæ.

Poſt

Poſt harum partium condituram

1. Totum corpus inungendum.
2. Pulvere conſpergendum.
3. Tenui linteo involvendum.
4. Tela cerata circumdandum, & ambo velamenta chordis corpori adaptanda.
5. Cadaver in pheretrum recondendum, in quod varii generis aromata & ſpecies ſuaviter olentes indendæ.
6. Si æſtas ferbeat, frigido loco committendum; aut quemadmodum fieri plerumque ſolet, crypta includendum.

In ſumma:

Si omnia viſcera exempta, cum corde, pulmonibus, cerebro, oculis, tota cavitas vino lota, aſpergatur therebintina cocta, ut reliqui pulveres facilius adhæreant: Hi debent eſſe compoſiti

Ex *Aloe.*
thure.
maſtich.
ſuccino.
myrrha.
mumia.
ladano.
benzoi.
croco. & reliquis aromatibus.

Quibus omnibus craſſo modo contuſis & ma-

manipulatim inſperſis ſuperadditæ fuerunt herbæ ſiccæ & craſſiuſculè inciſæ, ut univerſa cavitas poſtea conſuenda adimpleretur. v. gr.

ſcordium.
roſmarin.
majoran.
roſæ.
laurus.
abſynthium.
rutha.
ſalvia.
lavendula.
ſpica.
origanum.
ſerpillum.
ſem. carvi.
fœniculi, &c.

Caro autem muſculoſa per longitudinem inciſa, ut à putredine magis vindicaretur, pari modo V lota, oleis inuncta, therebintina aſperſa, & dictis pulveribus, ſine tamen herbis repleri debet.

Totum denique corpus non induſio, ſed faſciis inceratis obductum, ſervatis artuum figuris, ſtatuæ cereæ ſimilitudinem repræſentet.

Cavitates vero oculorum, narium, aurium & oris, pretioſo balſamo ex ☍ N. moſch. cariophyll. cinam. ſuccini, ruthæ, balſamo Peruviano, moſcho & ambra, &c. impletur, & obturatur.

Poſſunt

Poſſunt etiam ſimilibus oleis addito ℅ ſpicæ, thereb, &c. cavitates & inciſuræ muſculorum prius inungi, quam pulveres & herbæ inſpergantur loco therebintinæ coctæ.

Sequens Balſamatio fuit adhibita Illuſtri Electori Palatino Friderico III. An. 1576.

Pulvis pro conditura cadaveris exenterati.

℞. *Aloes ſocotrin.*
myrrhæ. aa. ℔ß.
colophon.
bacc. lauri, juniperi.
ſem. coriandri. aa. ℥iiß.
calam. aromat.
rad. gentianæ.
ladani.
caſtorei.
ſtorac. calam.
benzoi.
thuris. aa. ℥ij.
Maſtichis.
aſphalti.
cinamomi.
cariophyll.
ſem. nigell.
ammeos veri.
agalloch. aa. ℥j.
caſſ. lign.
N. moſch.

ga-

galangæ minoris. aa.℥ß.

ms. & f. ex omnibus pulv. tenuis.

Pulvis pro infarctura cavitatis.

℞. *Comarum abſynth.*
abrotani.
ſcordii.
marrub.
ruthæ. aa.m.vj.
ſalviæ.
polig. mont.
fl. chamomill.
menth. criſp. aa.m.iiij.
chamædr.
roſarum rubr.
meliſſ. aa.m.iiiß.
fol. lauri.
arant. aa.m.v.
Rosmarin.
majoran.
fl. lavend.
diptami. aa.m.iij.
Puleg.
thymi.
leviſtici.
orig. aa.m.ij.

Miſceantur pro infarctura cavitatis & ſacculo pulvinari.

Pul

Pulvis alius pro conditura.

℞. *Aloes.*
myrrhæ. aa. ℔j.
ſcordii. ℔ij.
Oli romani calcinat.
☉i, ♀ citrini. aa. ℥viij.
croci orient. ℥ij.
ms. f. pulv. groſſus.

Liquor pro Sparadrappa ex panno lineo tegendo cadaveri apto.

℞. *Reſin. pini ſiccæ.* ℔iij.
colophon. ℔j ß.
thuris maſculi.
maſtich. aa. ℔ß.
ſtorac. liquid.
gummi elemi.
therebint.
laricea. aa. ℔ß.
Oo laurini.
juniperi.
ſpicæ.
lavend. aa. ℥ij.
petrolei. ℥iij.
camphor. ℥ß.
ceræ. q. ſ.
Liquata omnia miſceantur.

Pro ablutione exteriorum & interiorum.

℞. *Aceti acerrimi.*
ſpir. vini. aa. ℔iiij.
camphoræ. ℥j.
ms.

Linimentum cutis univerſæ.

℞. 🝆 *thereb.* ℥iij.
lavend. ℥iß.
carioph. ℥ij.
ſuccini.
ſpic. aa. ℥j.
ms.

Muſcateller Wein zumachen / ein Secretum.

℞. Flores & ſummitates, vel etiam herbam von Baſilienkraut 1. Theil gedörret.
Florum ſambuci. ij. Theil gedörret.
Semen coriandri. iij. Theil.

Inciſa & contuſa inde ſacculo, ſo durch das Puntenloch hinein gehen könne / das hencke im Herbſt in ſüſſen Moſt / und laß mit gähren / ſo wirſt du einen herrlichen Muſcateller Wein haben.

NB. In Italien alda man Wein hat der immer ſüß bleibt / kan mans allezeit machen / bey uns aber nur im Herbſt: dieſes Secret kombt auß Ita-

Italien von einem curioſen Herr / der verſichert / er habe es offt gemacht / und allezeit juſt befunden.

CAPUT XXIX.

Coſmetica rariora.

Lac Coſmeticum, ſive Emulſio Balſami Indici, Storacis calam. Benzoi, &c.

NImb welches du wilt pro lubitu, thue es in eine zinnerne Schale / gieß guten ſpir. vini dran ſetz auff eine Glut-Pfann / ſo ſolvirt ſich das gummi, laß aber nicht ebulliren / das ſolvirte nimb gemach mit einem ſilbern Löffel oben ab / und laß in ein Zucker-Glas lauffen durch ein Tüchlein / darin gut Roſen-Waſſer mit ambra miſcirt ſeye / ſo præcipitirt ſich die ſpiritualiſche Extraction alſobald in eine ſchöne dicke helle weiſſe Milch.

